Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167703-p0001-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167703-p0002-7

# DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

# EO, QUOD IN GERMANIA JUSTUM EST, CIRCA BANNUM FERINUM IN ALIENO TERRITORIO ACQUISITUM,

QUAM

SUB AUSPICIIS

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

## DN. FRIDERICI,

HASSIÆ LANDGRAVII, &c. &c.

EX DECRETO

NOBILISSIMI ET AMPLISSIMIMI JCTORUM ORDINIS

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE OBTINENDIS

PUBLICO ET SOLENNI ACADEMIÆ PROCERUM EXAMINI

AD DIEM XX. APRILIS MDCCXXX.

SUBMITTIT


## JOANNES HENRICUS WOLFART,
HANOVIENSIS.


---


MARBURGI CATTORUM,

Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYP.



KOEN.FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-167703-p0003-2

# DE EO,
# QUOD IN GERMANIA JUSTUM EST,
## CIRCA
# BANNUM FERINUM IN ALIENO TERRITORIO ACQUISITUM.

## CAP. I.

### Explicationem præcipuorum Rubricæ vocabulorum continens.

§. I.

PEr *Germaniam* inter Europæas regiones nulli ſecundam & reſpectu regiminis formæ nulli æqualem, imo elatione, Majeſtate, dignitate eminentia ad unum omnibus aliis Imperiis ac regnis longe ſuperiorem intelligo: *Complexum illum multarum regionum, quarum Domini Imperatori, ceu capiti, uti & toti illi compagi, nexu*



*vaſal*

*vaſallitico obſtricti ſunt, de rebus ad ſalutem communem ſpectantibus cum Imperatore ſtatuentes.* Si ſub hac notione comprehendas omne illud, quod perpetuo nexu Germaniæ conjunctum eſt; complexus ille vulgo vocatur Sacrum Romano-Germanicum Imperium; in cujus denominationis cauſas ſummo cum ſtudio jamjam inquiſiverunt *Illuſtris a Ludewig in ſing. jur. publ. cap. 3. Lyncker tr. de capitulat. Cæſ. doctr. com. p. 29. Bæckler. tr. de S. Rom. Imp.* annex. ipſius *Notitiæ Imp.*, cujus poſterioris labor *ab Obrechto & Kulpiſio* magni, a *Thomaſio* vero *in not. ad Monzamb. cap. 1. §. 9.* parvi æſtimatur vid. Teutſcher Reichs-Staat *in Biblioth. Jur. publ. §. 20.*

§. II.

*Bannus*, ſive *Bannum* verbum Latino: Barbarum, neotericum, vel nuper inventum, apud ſcriptores multiplici notione occurrit, varioſque habet ſignificatus de quibus non indiligenter *Wehner. in obſ. pract. voc.* Bann & *Martin. Mager de advocat. arm. cap. 3. n. 24. ſeq.* Potiſſimum vero tria notat: (1) Edictum publicum, (2) pœnam & mulctam judiciariam, (3) Superioritatem, judicium, Juriſdictionem, Juſtitiam, diſtrictum, vel ambitum, intra quem poteſtas porrigitur edictum promulgandi. *Carol. du Freſne, Dom. du Cange in gloſſ. lat. verb. Bannum, bannire*; ubi has notiones ſigillatim expendit. addatur *Autor Act. Lindav. pag. m. 828. edit. de A. 1643. Hoffmann. Lex univ. cont. voc. Bannum. Joannis Tom. I. Rer. Mogunt. pag. 102.* Bandum etiam pro banno haud raro occurrit *du Cange voc. Bandum.* Alio ſenſu Bannus Turcis & Ungaris eſt præſes vel Gubernator alicujus regni, quem Turcæ cum ſuo Beglerbego tum comparare, tum exæquare ſolent *Hoffm. Lex. Tom. I. voc. Bannus.*

§. III.

Bannum minus recte à *Gail. de pac. publ. Libr. 2. cap. I. n. 12.* deducitur ex voce Baan, qua viâ publica notatur. Melius vero derivari poſſe videtur à Gallico Ban vel Banniſſement; Imo Bannum eſt vocabulum antiquum origine Germanicum, terminatione latinum, hodie etiamnum Francis uſitatum, & ſignificat edictum proclamationem, quæ fit publicè per præconem & bannire idem eſt ac citare, edicere, proclamare, ſancire. *Uffenbach. de Iudic. aul. cap. 24. Sect. 3. in pr. Magn. Dn. Pro-Canc. Waldſchmiedt diſſ. de Molend. Bann §. 2. Philipp. Albert. Orth. de jure conduc. pag. m. 94. & 149.*, ubi ſimul ex *Limnæo* & *Fritſchio* adduxit, vocem Bann maſculini, vocem Bahn vero fœminini generis notam habere. Cœterum de differentia inter Bann & Acht vid. *Schilter. in Jur. allem. feud. ad cap. 25. §. 1.* Item inter Oberacht & Aberacht *Dn. de Ludewig ad A. B. Tit. I. pag. 93. ſeq.*

§. IV.

*Bannum ferinum*, ſive bannum beſtiarum, in charta Henrici Imp. de A. 1008. vid. *du Cange voc. Bannum beſtiarum. Hoffmann. Lex univ. cit. loc.*, vel cuſtodia ferarum aut ſylvarum, in charta Henrici de A. 1234. apud *Caſſandr. Tucel. in Elect. jur. publ. curioſ. p. m. 24.*, Wildbannus vel Wildbannum, in charta Henrici IV. d. An. 1074. apud *Bilderbeck in Deduct.* von *Regal.* der Jagd. *pag. 57.* Germanicè Wildpant/ Wild-Bann/ & Wild-Bahn eſt jus feras beſtias in certo diſtrictu per actualem illarum apprehenſionem ſibi appropriandi & dominio ſuo adjiciendi, cum

annexis ceteris juribus foreſtalibus, alioſque ab hoc exercitio quovis modo arcendi. Licet enim *du Cange voc.* **Wildbann** hanc facultatem ad ſylvas reſtringere velit, quia **Wild** ſylvam ſonat, *Brouver. L. 16. annal. Trev. p. 905. edit. 1.* hinc Sylveſtre dici non poteſt, quod extra Sylvas exercetur, juxta *Wehner. verb. forſt. verſ. hinc eſt* &c. Attamen **Wildbann** non à **Wald**/ ſed à **Wild** derivatur; atque ideo juxta proprietatem ſermonis Germanici bannum non ſylveſtre, ſed ferinum, vel foreſta bannalis ſive dominica potius dici debet: Hinc eſt quod Wildbann comprehendat jus venandi non tantum in nemoribus & Sylvis, ſed etiam in agris & pratis exerceri ſolitum; conſequenter jus banni ferini duplici reſpectu, conſiderari poteſt, in ſylvis & extra ſylvas. *Meichſner. Tom. 2. lib. 2. deciſ. Camer. 2. n. 33. ſeqq.* **Die Wildbanns- und Jagens-Gerechtigkeit iſt nicht** præciſe **an die Wäld gebunden/ ſondern kan inn- und auſſerhalb der Höltzer auff Aeckern/ Wieſen/ und in Büſchen** **ꝛc.** exerciret **werden.** *Heider in act. Lindav. p. m. 114. VVehner. obſ. pr. voc.* **Forſt-Recht.** Denique notandum Wildbann uſu populari etiam **Gejägd** vel **Gejaid** nominari. *Rüding. ſing. obſ. 63. cent. 5. Mohr. de jur. ven. cap. 2. n. 66.* Diploma apud *Hundium in Metrop. Salisb. Tom. 2. p. m. 247. edit. de A. 1719.*

## §. V.

*Territorii* non una eſt ſignificatio, ſed varia, quæ ex ſubſtrata materia eruenda eſt. *Heider. in Act. Lindav. p. m. 836.* Pomponio definiente, eſt univerſitas agrorum intra fines cujusque civitatis, quod ab eo dictum quidam ajunt, quod Magiſtratus ejus loci intra eos fines terrendi i. e. ſubmoven-

movendi (vel judicandi exequendique *L. fin.* de *jurisdict. Gœdd. ad L. 239. §. 8. de V. S.*) jus habet vid. *modo cit. L. 239.* Per rem ipſam itaque à terrendo, imperando pacem, & violatores puniendo, quoad vocem vero à *terra* dicitur, quam a *terendo*, alii à *torris* (limes ſeu terminus inde extorris) dictam volunt *B. de Lyncker. diſſ. de Super. territ. p. m. 18. Heider. in Act. Lind. p. 271.* Aliud etymon profert *Iſidorus 14. orig. 15.* territorium quaſi tauritorium, vel tritum bobus & aratro *Dyoniſ. Gothofredus ad dict. L. 239. §. 8.* Bellis geſtis, populi victores terras omnes ex quibus ſubactos victosque ejecere, publice atque univerſaliter territorium dixerunt. Aliquando etiam tantum pro modo agri uſurpatur *du Freſne voc. territorium.* Proprie univerſitatem agrorum tantum denotat, impropriè vero Jurisdictionem agris inhærentem & diſtrictum jurisdictionalem. Vocatur etiam forum, Weichbild / Marca, Marchum, Marchia, March / Marck-Recht / Marckung / Geginne / Bann / Gebieth *Heid. cit. Tr. p. 77. 177. 553. 628. 630.* Cœterum licet in ſupra allegata definitione Jcti Pomponii territorium pro integra provincia accipi videatur; negandum tamen non eſt, alibi etiam urbium ſaltem & oppidorum agrum, ſuis terminatum finibus, intra quem Municipalium Magiſtratuum munus ac Defenſorum Civitatis jurisdictio finitur, appellari Territorium, ut proinde agrorum univerſitas limitibus ſuis finita, & cui Magiſtratus juris dicundi cauſa præeſt, territorium proprie ſit, neque quicquam referat, diſtrictus ille integræ alicujus provinciæ, in qua plura ſunt oppida, conſtituat ſpeciem, an unius urbis agrique adjacentis finiatur terminis. *Henniges in medit. ad J. P. Weſtph. Tr. de ſup. Territ. §. 13.*

§. VI.

Aſt videamus, quid in Patria Territorii nomine veniat. *Titius de habitu Territ. Germ. cap. 1. §. 3.* & in *Specim. Jur. publ. L. 7. c. 8. §. 30.* Territorium definit, quod ſit: Ditio aliqua jure Status ſive à Statibus poſſeſſa. Quia autem nil impedit quo minus Territorium ſubordinatum etiam poſſit poſſideri à Statu & jure Status leg. *Mich. Henr. Gribner diſſ. poſt. de jure Territ. ſubord. §. 1. 2. & 4. in not. lit. (d)* cum vero id, quod ſubordinatum eſt, improprie dicatur territorium. Idem *cit. loc. §. 5. lit. (a)*; apparet hanc definitionem minus accuratam eſſe. Sequentem itaque definitionem moderno Imperii noſtri ſtatui convenientiſſimam eſſe cenſeo, quod ſit: *Diſtrictus in R. G. J. ſitus immediatè Imperatori & Imperio ſubjectus, cujus Dominus omnibus eximiis & ſublimibus juribus gaudet, ejusque intuitu habet votum & ſeſſionem in comitiis.* Uti enim ſolus nexus clientelaris, quo quis alteri Principi intuitu illius ternexus territorii eſt obſtrictus non involvit ſubjectionem, ita etiam territorium ſubordinatum id efficere nequit; vid. *ejusdem diſſ. prior §. 6. lit. (a)*. De notabili vero diſtinctione Territorii in clauſum & non clauſum legi meretur *Lüder. Mencken. diſſ. de vi ſuper. Territ. §. 8. 9. ſeq.*

## CAP. II.

## De origine hujus banni ferini, ejusdemque deſcriptione ac diviſione.

§. I.

AD originem Banni noſtri ferini quod attinet; olim Imperatores & Reges Rom. Germ. varia, præprimis in

terra Rhenenſi, vel Kayſerl. Tafel-Provinz, prout eam nominat *Dn. de Ludewig. ad A. B. tit. 1. §. 12. p. 151.*, habuerunt foreſta, in quibus venationem exercebant, & quæ poſtea vel in totum, vel in tantum alienabant, cum poteſtate alios excludendi, ne in terra ab Imperatore conceſſa venarentur *B. Sam. Stryke in præf. ad Fritſch. Corp. Jur. venat. For. n. 23. ſeq.* Hinc jus foreſtale & jus venandi ut plurimum ab Imperatoribus ad Regionum Dominos tranſiisſe teſtatur *Hert. de Sup. Territ. §. 48. & 49.* Aſt a quo tempore illud evenerit, non ſatis conſtat. Communiter hoc ad tempora Friderici I., cognomento Barbaroſſæ, refertur ob *text. 2. feud. 27. §. 5.* Monumenta tamen vetera, infra § 4. adducenda, nos docent, hoc jus longe ante Friderici tempora Imperatores & Reges ſibi vindicaſſe & regalibus adſcripſiſſe vid. *Joh. Herm. à Sode diſſ. de jure ven. Ao. 1692. Erfordiæ habita cap. 3. §. 9.* item *Steph. Chriſtoph. Harprecht diſſ. de lib. ven. Germ. Theſ. 1. & 5.* De tribus regiis Bannis ferinis Saxonicis ſequentia legimus in *Spec. Sax. L. 2. art. 61.* Doch ſind drey Städte in dem Land zu Sachſen/ da den wilden Thieren Friede gewürcket iſt/ bey Königs Bann/ und diß ſind die drey Bann-Förſte; der eine iſt die Heyde zu Koyne/ der ander iſt der Hartz/ der dritte die Mager-Heyde/ oder Brettingiſche Heyde. Wer hierinnen Wild fähet/ der ſoll wetten des Königs Bann. Aſt an, & quatenus hæc veritati hiſtoricæ conveniant? aliis judicandum relinquo, ob ea, quæ contra Auctorem hujus Speculi inter alios profert *de Ludevvig in ſing. J. publ. cap. 2. præf. §. 8.*

§. II.

Interim hoc certum eſt, habuiſſe Imperatores ſuos Foreſta-

Foreſtarios & Zeidlarios vel Mellicidas, vid. *Goldaſt. Tom. I. Conſtit. Imper. ad ann. 1309. & 1310*, quos etiam tum foreſtis alienabant, juxta diploma Regis Ottonis de 17. Calend. Aug. ann. 950. apud *Hundium in Metrop. Salisb. Tom. I. p. m. 152.* in verbis: *Sylvis, Foreſtis, foreſtariisque, cum noſtro regio banno.* Habuerunt etiam ſuos Wild-vel Wald Gravios per *text. Aur. Bull. Tit. I. § 12.* ibique *Dn. de Ludewig.* Alſo wurden die Herren zu Epſtein/ vor etlich hundert Jahren Comites Sylveſtres, offters Waldgravii tituliret; Solches rührete daher/ weil Sie als von denen Römiſchen Kayſern beſtellte Saltuarii, Foreſtarii, das iſt/ Forſt-Grafen/ die Wälder beobachteten und die Wildbañen und das Gehöltz in gutem Stand erhielten/ verba ſunt *Frider. Lucæ.* im Grafſen-Saal *pag. 342.* Add. *Ludewig. alleg. loc. pag. 154.* Ejusmodi Saltuarii vel Foreſtarii vocabantur etiam Waldbotten/ Sic Lyderius primus Flandriæ Foreſtarius, i. e. Saltuarius, ſive Waldbott/ conſtitutus eſt à Dagoberto Francorum Rege A. C. 621. non quod Sylvis ſed aquis tantum præfectus oram maritimam tueri & à prædationibus Normannorum defendere deberet *Speidel. in Spec. voc.* Waldbotten add. *diſſ. inaug. Dn. Wiederholds* von Märckergedingen/ *habita Argentorati 1728. pag. 14. 20. & 39.* Sic etiam Conradus IV. Ao. 1251. Walthero pincernæ de Limpurg ein Waldbotten Lehen conceſſit, cujus tabulas exhibet *de Ludewig ad A. B. Tit. I. §. 12. p. 152.*

## §. III.

Olim etiam in Imperio noſtro quatuor ordinarios venatores ſuperiores totidemque inferiores conſtitutos fuiſſe ex Goldaſto aſſerit *Limn. in J. Publ. Tom. I. L. I. cap. 7. n. 48.* add.

add. *Lehman, Cron Spir. l. 7. cap. 35.* Quatuor Præfectorum venatoribus Regalibus & quinti ſimul Falconarii ex Hincmaro mentionem faciunt *Hert. de ſuper. territ* §. 49. *Ziegler. de J. Maj. L. 2. c. 14. §. 43. Lehman. Cron Spir. L. 2. cap. 13. in fin.* Et Proceres Imperii noſtri etiam ordinarium venatorem elegiſſe credit *Freherus L. 1. orig. palat. cap. 15. p. 107.*, quam deinceps dignitatem ad Würtembergicos Duces translatam ex ipſorum Inſignibus colligit *Otto in jur. publ. cap. 14. add. Fritſch. in Corp. Jur. ven. p. 279. Majer de venat. cap. 3. p. 62. Sachs. diſſ. de venat. Rom. Germ. in dedicatione Reſpond. Friedr. Jac. Daſeri. Moſer in Miſcell. p. 233. § 7.* Non poſſum itaque non, hic apponere, quæ de officio Archi venatoris Imperii profert *Ad. Frid. Glaffey* im Kern der Geſchichten des hohen Chur- und Fürſtl. Hauſes Sachſen *L. 2. cap. 4. §. ult.* Des Heyl. Röm Reichs Ertz-Jägermeiſter-Ambt iſt nach dem Zeugnuß *Hincmari* ſchon denen alten Fränckiſchen Königen bekant geweſen / und von denenſelben auff Teutſchland gekommen / allwo es die Marggraffen von Meiſſen erblich erhalten; Wie dann Marggraff Friederich *anno 1356.* auff dem berühmten Reichs-Tage zu Metz daſſelbige im Angeſicht Kayſers Carls des *IV.* verrichtet / und Chur-Füſt *Joh. Georg* der *IIte* / wie *Müller* bezeuget / ja noch neuerer Zeiten *an. 1708.* Seine Königl. Maj. von Pohlen damit beliehen worden. Und obwohlen Müntzen und Urkunden vorhanden / darinnen Hertzog *Rudolff* von Oeſterreich *an. 1339.* des Röm. Reichs Obriſter-Jäger-Meiſter geſchrieben wird / auch die Hertzogen von Pommern wegen Rügen / und Hertzogen von Würtenberg wegen Aurich / wie in der Würtenbergi-

ſchen Gegen-*Deduction* wegen der Reichs-Fahne in *Documentis Lit. D. O.* zu ſehen / ſich alſo ſchreiben; So zeiget doch der *Illuſtre Author* des *Europæi*ſchen Herolds *Tit. I. P. II. p. 757.* daß es entweder ohngegründete Anmaſſungen / oder doch *Particularia* ſeyen. Addatur *Bilderbeck in Deduct.* von *Regal.* der Jagden *pag. 283. in fin. ibique alleg. Lunig.* Piſcationi in Imperio præfectos fuiſſe dicunt Comites Werengerodenſes *Schwed. diſp. de Reſerv. Imp. θ. 50. in fin.* Teutſcher Reichs-Staat *p. 4. c. 1. p. 389.* ubi traditur, daß die von Baſel ſich vor des Heil. Röm. Reichs Fiſcher ausgeben / und daß auch vor dem ein Graff von Oldenburg des Heil. Röm. Reichs Teichmeiſter geweſen ſeye. *Majer de venat. cap. 4 pag. III. & ſeq.* Cœterum de Germanorum Venatoribus principibus vid. *Matth. Caſtritius de heroic. virt. &c. Principum Germ. L. 4. cap. 8. per tot.*

## §. IV.

Illud vero, quod ſcopo meo proprius accedit, maxime notabile eſt Reges, & Imperatores bannum ferinum in loco vel Territorio alieno aliter non dediſſe, niſi omnes qui fundos, prædia, vel venationes ibidem poſſederunt, libere conſenſerint. Ita enim habet diploma Ottonis IIItii Imperatoris d. an 991. „Fideli noſtro Miloni, venerabili „Epiſcopo & Eccleſiæ Mindenſi in proprium dedimus fore„ſtos noſtros *Haculinhagi*, &c. & inſuper *ob interventum & „comprobationem fidelium noſtrorum Bernhardi Ducis & fra„tris ſui Lutgeri atque Ailhardi Comitis, aliorumque com„provincialium ſuorum*, ſupra dicto Epiſcopo & ejus Eccle„ſiæ dedimus ſylvam *Suntel* vocatam, ea ratione, ut nulla

dein.

deinceps perſona, magna vel parva, in dictis foreſtis aut ſyl" va venari ſeu capere præſumat aliquam feram vel beſtiam" ſine licentia & conſenſu jam dicti Milonis. *Piſtor. Tom. Rer. Germ. p. 706.* Ex quo Documento perſpicue elucet, Imperatorem Foreſtum ſuum proprium *Haculinhagi* ex plenitudine poteſtatis, alteram Sylvam *Suntel* vero non niſi prævio conſenſu omnium quorum interfuit, foreſtaſſe. Idem confirmant adhuc alia Documenta, quæ hic lubet apponere, & quidem:

In charta Henrici II. d. anno 1023. "Noverint præ-" ſentes & futuri qualiter nos &c. bannum noſtrum ſuper feras" &c. in comitatu Ditmari &c. *conſentientibus atque collaudan-" tibus Everhardo Epiſcopo cum ſuis Militibus, ipſo etiam" Megenhardo cum ſuis, Ottone Comite cum ſuis, Adelberto" cum ſuis, Gebhardo Comite ejusque Fratre cum ſuis, cœte-" risque inſuper ejus Regionis comprovincialibus, Majoribus" & minoribus* ex noſtra Imperiali traditione donamus vid." *Meichſner Tom. 4. Deciſ. Cam. 7. p. m. 45. & 46. Deciſ. 14." p. 198.*

In charta Imperatoris Conradi II. de Ao. 1029. "Fi" deli noſtro Sigeberto, Mindenſi Epiſcopo, & Eccleſiæ &c." quandam Sylvam ſitam ſingulariter in proprietate prædio-" rum ejusdem Mindenſis Eccleſiæ & in Pago Etergau, *cum" conſenſu & Collaudatione Ducis Bernhardi & ſui Fratris" Ditmari, cæterorumque Civium in eadem Sylva usque mo-" do communionem venandi habentium &c.* foreſtari con-" ceſſimus & Banni noſtri diſtrictum circumvallavimus ea vi-" delicet ratione, ut nemo ulterius in eodem foreſto absque" Epiſcopi ſuorumque licentia poteſtatem habeat venandi," ſagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio fe-" ras decipiendi. *Piſtor. d. l. p. 186.*

In charta Henrici III. Imperatoris d. Ao. 1045. „Nos „ad altare Mariæ in loco Hildesheim conſtructum ob petiti-„onem Hezilonis, ejus loci Epiſcopi, bannum ſuper quod-„dam foreſtum his terminis circumſeptum &c. *Collaudan-„tibus Duce Ottone, Eckiberto Comite, item Godiſchalcko „Comite, cœterisque, qui intra prædictos terminos prædia „poſſident*, dedimus, ea videlicet ratione, ut nullus deinceps „absque Epiſcopi licentia in prædictis terminis poteſtatem „habeat venandi.

In charta Henrici IV. d. an 1062. „Omnibus fide-„libus &c. notum eſſe volumus qualiter &c. fideli ſervitio He-„zilonis Epiſcopi (in Hildesheim) excitati &c. *cum conſenſu ac „favore Egilberti Mindenſis Epiſcopi &c. Abbatiſſæ Ganders-„heim &c. Paderbornenſis Epiſcopi &c. & Abbatis Corbe-„jenſis &c. Conſentiente & favente Ottone Bavaricorum Du-„ce, cæterisque omnibus, quorum prædia & poſſesſiones „erant intra eos terminos, quos ſcribi jubebimus* vid. *Scha-„ten in Annal. Paderborn. ad dict. ann. Bilderbeck. ſupra „cit. Deduct. pag. 19. 66. & ſeq.*

In charta Henrici III. Imper. de 8. Kal. Febr. 1048. „Qualiter nos ob petitionem & devotum ſervitium noſtri „fidelis ac dilecti Brixienſis Eccleſiæ Epiſcopi Popponis fo-„reſtum in Pago Buſtriſſa in Comitatu Siegefriedi Comitis ſi-„tum infra terminos, quos in præſenti nominamus de flu-„mine quod dicitur Budia uſque ad flumen quod di-„citur Arina &c. *his omnibus, quos in præſenti con-„ſcribimus, laudantibus atque voluntariè conſentientibus*, „cum banni noſtri auctoritate diſtrinximus atque firma-„vimus, ut nullus præter voluntatem præfati Epiſcopi in eo „præſumat cervos aut apros, capreolos, canibus venari, „arcu ſagittaque figere, plagis, laqueis, pedicis, ſeu quoli-

bet venatoriæ artis ingenio capere vel decipere.„ *Qui autem hoc foreſtum fieri laudaverunt, hi ſunt: Wecil, Adelram &c. &c. Hund. in Metrop. Salisb. Tom. I. p.m. 317. & ſeq.*

§. V.

Imperatores & Reges poſtea ſecuti ipſi Principes, qui non tantum Foreſta Dominica & regalia ſibi fecerunt, vid. *Joh. Aug. à Berger Collat. Cod. Jur. Alam. cap. 350. p. m. 276.* in verbis: Doch habent die Herrn Pan-Förſt / wer in darinn icht tut / da habent ſy Puzz uber geſetzet ꝛc. vel ſecundum editionem Meichſnerianam: Noch haben die Herrn Bann-Förſt / wer ihnen darinn ichts thut / da haben Sie Buſſe über geſetzet ꝛc. Sed etiam vaſallis ſuis, ne promiſcua convenatione commodis ſuarum ſylvarum privarentur, indulſerunt poteſtatem banna ferina ſibi conſtituendi, dum ipſos inveſtivere mit dem Wildbann / quo hac ratione in poſterum ſolitariè venationem exercere poſſent. Sam. *Stryke ſup. cit. præfat. n. 31.*

§. VI.

Hæc de origine Feribanni dixiſſe ſufficiat. Ad deſcriptionem ejusdem nunc tranſeo. Bannum ferinum in genere inter alios à *Seckendorff.* im Teutſcheu Fürſten-Staat *part. 3. Regal. 5. n. 5.* ita definitur: Es ſeye ein Recht in Jagd-Sachen allerhand Ordnungen / Gebott und Verbott / welche den rechten Gebrauch der Jagden / althem Herkommen und Lands-Brauch nach erhalten / auch ſonſten die hohe Wildfuhr und Jagdbarkeiten des Lands-Herrn ſchützen und behaubten helffen / auffzurichten und

die Verbrecher wieder dieſelben zu beſtraffen. Aſt ſupra *§. 4. cap.* I. jam jam Banni ferini Definitionem generalem ſuppeditavimus, quapropter hiſce longius non immoremur. In ſpecie vero Bannum ſc. Dominicum, de quo nunc propriè quæſtio, eſt *Jus in territorio alieno competens, juxta tenorem conceſſionis datæ, vel limites alterius acquiſitionis legitimæ, venationes & alia jura foreſtalia exercendi, alios inde arcendi & contravenientes vel transgreſſores puniendi.*

## §. VII.

Per vocabulum *juris* hic intelligo *facultatem agendi à legibus perſonæ conceſſam*, vel brevius: *facultatem agendi moralem*; cum moraliter is ſaltem agere poſſit, qui id facit, quod lege permiſſum ſeu quod nulla lege facere prohibetur vid. *Cel. Wolfii Hor. ſubceſ. in Trimeſtr. vern. Ao. 1729. de Definitione Juſtitiæ Ulpiani §. 6.* Territorium *ſupra §. 6. cap. I.* definivimus; conſequenter quilibet de *territorio alieno* notionem ad minimum claram habere poteſt. Neque ab hoc excludendum, ſed pro eodem hoc in ſenſu habendum ſtatuo territorium cum alio vel pluribus commune, utpote quod pro parte alienum, cum ſinguli in ſingulis glebis juris intellectu partem ſuam habeant. De *limitibus conceſſionis vel alterius acquiſitionis legitimæ* ideo expreſſa mentio facta & uſus feribanni ad eos reſtrictus eſt, quia Inſtrumenta feribannorum priſca pariter & hodierna variant; Ideoque tale jus in alieno habens contentus eſſe debet iis, quæ vel data aut conventa, vel longa conſuetudine aut præſcriptione quæſita ſunt. Per *venationes* non intelligo illam ſpeciem, quæ vocatur *hominum*, ſive bonam ſive malam, hancque

vel tyrannicam & oppreſſivam, vel adulatoriam, vel arenariam vid. *Eyben. de Jur. ven. §. 4. ſeq.* vel Perſicam, de qua vid. *Dr. Sachſ. diſſ. de venat. R. Germ. θ. 10.*, ſed in ſenſu genuino (*§. 4. cap. 1.*) Jus feras beſtias, in libertate naturali ſua relictas inveſtigandi, conſectandi & occupandi *Majer. de venat. R. Germ. cap. 1. θ. 1. & 2. Bejer. Specim. Jur. Germ. L. 2. cap. 2. §. 1. ibique not. Act. Lindav. p. 115. in med.* Hæc venatio diſpeſcitur in ſtrictè ſic dictam, ad animalia terreſtria, in aucupium, ad volucres, & in piſcationem, ad animalia aquatica pertinentem *§. 12. J. de R. D.* Porro noviori tempore à Sylvanis & Satyris excogitatam adeoque ad eorum fictas argutias referendam eſſe diſtinctionem in venationem *ſuperiorem* & *inferiorem* ſtatuit *Heigius qu. 15. n. 62.* Add. *Sam. Stryke in ſæpe laud. præfat. n. 42. ſeq. & Bilderbeck.* von *Regal.* der Jagden *cap. 6. §. 4. p. m. 282. & mult. ſeq.* ubi ſimul ad argumenta in contrarium prolata reſpondet; quod diſcrimen etiam circa aucupium occurrit. Utriusque vero limites uſu fere definiuntur, qui etiam nonnullis in locis venationem *mediam* adjecit *Leiſer. in Jur. Georg. L. 3. c. 12. n. 12. ſeq. c. 13. n. 10. ſeq. Titius in Jure priv. Rom. Germ. L. 8. c. 14. §. 2. & 6.* add. *omninò Elect. J. publ. tom. XI p. 461 ſeqq.* De venatione, quæ vocatur die ſtracke Jagd (bey welcher man nur ein Thier/ ſo wie man es antrifft/ fällen dörffen) *vid. Bilderbeck alleg. Deduct. cap. 6. §. 6. p. 285 ſeq.* De aliis venationum modis, ex. gr. de venatione clamoſa, quietâ, locata, commodata, perpetua, precaria, convenatione ſeu ſimultanea venatione communi venatione, ea, quæ fit canibus, vel bombardis vel zonis, vel laqueis, vel foveis vel feram beſtiam continuo curſu defatigando (die par force-Jagd/) vel avibus accipitre vel falcone (quod genus venandi etiam priſcis haud incognitum fuit *Hachenb. in Germ.*

*Med.*

*Med. diſſ. de Studio vet. Germ. 6. §. 15. Harprecht. diſſ.* von Gnaden = Jagden *θ. 1. pag. 4.*) videantur Authores, qui de venationibus diſputationes & tractatus ſcripſerunt, & pro parte recenſentur *in Bibliotheca Jur. Imperant. edita Norimbergæ A. 1727. cap. 2. poſ. XI. §. 10.*

## §. VIII.

Reliqui Termini Definitionis noſtræ ſupra (*§. 6. h. c.*) traditæ, per ſe plani diſtinguunt Bannum noſtrum ferinum Dominicum in alieno quæſitum à venatione in alieno competente, ut & à Banno ferino ſtrictè ſumto. Jus enim venandi nudum in alieno territorio non eſt jus aliquod Regale, ſed in ſolo venationis fructu conſiſtit, & privati etiam eſſe poteſt *Henr. Coccejus diſſ. de concurſ. plur. Jurisdict. in eod. loc. §. 31.* Bannum ferinum ſtrictè ſumtum ſaltem venandi in & extra ſylvas, hasque ferarum capiendarum gratia, ſuccisis lignis, cingendi jus comprehendit *Act. Lindav. p. 115.* Aſt jus Banniendi noſtrum in nativa & latiori ſignificatione nihil aliud eſt, quam Jus foreſtale, ſive jus cum venatione ſimul & alia jura foreſtalia exercendi. Qui enim jure foreſtæ gaudet, jus venandi quidem habet; verum non mox, qui jure venandi gaudet, Jus foreſtæ habet *Sam. Strycke alleg. præf. n. 34. ſeq.* Add. *Seckendorff. ſupra cit. Regal. 5. n. 5. Krebs de lign. & lap. p. m. 213. n. 2.* Ideoque *in ſupra alleg.* Charta Imp. Henrici apud *Bilderbeck de Regal. venat. pag. 57* venationes à Wildbanno diſcernuntur per verba: *exceptis venationibus & Wildbanno in Saſſaberge* &c. & Celebris Author des Wertheimiſchen Gegen-Berichts contra Würtzburg *cap. 13. p. 329. 330. ſequentia profert*: Es iſt nicht nur denen *Politicis*, ſondern auch denen ungelehr-

tem

ten *Faunis* und Waldleuthen wiſſend/ daß der Wildbann und dahero *dependi*rendes *Jus foreſtæ* von dem Jagen/ *tanquam genus à ſpecie & totum à parte,* mercklich abgeſchieden ſeye/ und daß der Wildbann das *Imperium Sylvarum & ferarum* bedeuthe; unde *Zaſius Conſ. 6. n. 3. & 23. Vol. 2.* fines & banna ſylvarum, ſive bannum ſylveſtre vocat, quod vulgariter Forſt-und Wildbann appellatur. Es iſt auch Land-kündig/ daß die Forſt-und Wildbann im gantzen Reich für die Förſtl. Obrigkeit bey männiglich verſtanden/ und denſelben zwar das *Jus venandi, principaliter* aber das *Jus glandis legendæ, cædendi ligna, ſaltuarios & cuſtodes apponendi, mulctandi; item* Wald- und Forſt-Ordnungen zu machen ꝛc. anhangen; Inmaſſen die nächſt-abgelebte Kayſ. Maj. in der Rechtfertigung Fugger *contra Meichſelrein &c.* die Herrſchafft Mündelheim betreffend/ durch Dero *Commiſſarien* dahin *declari*ren laſſen/ daß alle ſolche und noch mehr Gerechtſahme/ beſonders aber die Jagdienſt/ Geäckerich/ Eychel/ Wild-Obſt/ Holtz ſchlagen und Forſtrugen/ zu dem Wildbann gehörig und zu leiſten ſeyen. Add. *Beſoldus conſil. 3. tit. 4. vol. I.* Hinc etiam Eminentiſſimus tunc temporis Archi Epiſcopus Moguntinus, S. R. I. Elector & per Germaniam Archi-Cancellarius in ſuis Auguſtiſſimæ Cameræ Imperiali contra Illuſtriſſimam Domum Hanoico-Münzenbergicam pto denuntiationis novi operis die 7. Julii 1597. & 29. Mart 1598. exhibitis productis aſſeruit: daß die Hanauiſche Vormundere den in Mandato angezogenen Wildbann und Förſtl. Obrigkeit mit ihren Rechten vom Ertz-Stifft Mayntz zu Lehen trügen/ und daß die vorige geweſene Grafen zu Hanau

ſolchen Wildbann und Förſtl. Obrigkeit *cum ſuis pertinentiis* von denen vorigen geweſenen Churfürſten zu Maynß weit über aller Menſchen Gedencken auch zu Lehen empfangen hätten. Item: daß unter dem Wort Wildbann keine bloße Servitus venandi, ſondern *Regaliſche* Lehen verſtanden würden / wie es dann auch in Teutſchland bey Fürſten / Grafen / und Herrn in ſolchem Verſtande gemeiniglich gebrauchet werde.

§. IX.

Equidem me non latet, varia huic aſſertioni objici poſſe, multosque magni nominis JCtos hic in alias partes ire; ſed, quod pace tantorum virorum dictum ſit, mihi quidem videtur, eos plerumque confundere venationem, Bannum ferinum ſpeciale & Bannum regale vel Dominicum; quæ tamen à ſe invicem diſtinguenda omninò ſunt. Hoc enim facto, facile omnes difficultates ſuperari & offenſionis lapides evitari poſſunt. Interim non nego, ſemper ad tabulas conceſſionis vel ad obſervantiam hac in materia recurrendum, & jura venandi ac foreſtalia ad Bannum ferinum in alieno pertinentia ex iis unicè ferè determinanda eſſe; quod etiam ſupra (§. 7. *h. C.*) à me jam monitum fuit. Quo monito obſervato ceſſabit communis ferè querela: Vocabulum Wildbann / latius, quam par eſt, præſertim à Principibus, extendi

§. X.

Differt itaque quam maxime Bannum ferinum, quod, confuſionis evitandæ gratia, Dominicum vel Regale vocavimus,

mus ab illo, quod in ſtrictiori & ſpecialiori ſenſu ſumitur (*§. 4. c. 1.* §. *6. & 8. h. cap.*). Dividitur porrò ex ipſa definitione (*§. 6. h. c.*). Bannum noſtrum in illimitatum, ſive perfectum, & limitatum, (in vollkommene und limitirte Förſte); Sicuti enim concedenti liberum eſt, præſertim ſi ex mera liberalitate ejuſmodi actus procedat, plura vel pauciora, majora vel minora jura cum banno ferino in alium transferre, imò hoc jus ad dies vitæ acquirentis reſtringere; Ita etiam modo dictus acquirens, ſi plenum & liberum Banni ferini Dominium habeat (alias enim ſibi quidem, ſed non tertio innocenti præjudicare poteſt) juri ſuo in aliquibus vel tacitè vel expreſſè renunciare, eoque vel laxè vel ſtrictè uti poteſt. Confer. *Acta Lindav. p. m. 116. Noe Meurer* von Wildbannen *&c. part. 2. Tit.* Wie viel Species Förſtl. Herrlichkeit 2c. apud *Fritſch. in Corp. J. ven. foreſt. p. m. 303.* Ulterius dividitur Bannum ferinum in privativum, ſeu proprium, & in commune cum alio, vel aliis. Idem *Fritſch. d. l. & in opuſc. tr. de Convenatione.* Hodiernis moribus quoque diſpeſcitur in ſuperius & inferius, de quo (*§. 7. h. c.*) jam mentio facta; quæ tamen diſtinctio olim in Germania planè incognita fuit. Siquidem negari minimè poteſt, ante duo ſecula inveſtituram cum banno ferino jus capiendi feras cujuscunque generis, ſive majores ſive minores, comprehendiſſe, & Comitibus ac Nobilibus, mit dem Wildbann inveſtitis, omne jus venandi tam ſuperius quam inferius competiiſſe *Sam. Strycke cit. præf. n. 42. ſeq.* Et licet pro contraria ſententia *Ockel de palat. Reg. pag. 55. ex Marquardo Frehero de orig. Palat. cap. 8. §. 28.* ſequentem locum adducat. „Advocatiam Tulpechenſem cum Eccleſia" ibidem St. Mariæ, ſed & ſupremo Judicio, *Pallentia* di-" cto, intus & extra Zulpechen cum omnibus pertinentiis," 

„in quibus 23. Curtes ad Schimmelberg & Kempenſes atti„tinentes & Banno Foreſtis inter Moſam & Rhenum, alto „& baſſo &c.“ Attamen in obſcuro hoc diplomate verba: *Banno alto & baſſo*, alium ſenſum non habent, quam quod venatio in montibus & locis ſuperioribus à venatione in planitie & locis inferioribus diſtinguatur. *Bilderb.* von *Regal.* der Jagden *cap. 6. §. 12.* Porrò, ratione conceſſionis, Feribannum eſt vel merè gratioſum (quod ex mera gratia, aut ſi mavis, liberalitate concedentis fluit) vel conventionale (quod ſupponit titulum oneroſum), vel perpetuum vel temporale (in certum & definitum tempus conceſſum) vel etiam omni momento revocabile (ſeu precario datum) &c, &c.

## CAP. III.

## De Modis acquirendi & amittendi nec non de perſonis; tam concedentibus, quam acquirentibus Feri-Bannum in alieno.

### §. I.

QUum ex ſupra deductis pateat, Bannum ferinum conſtare ex jure venandi & juribus foreſtalibus (ſi non omnibus, tamen quibusdam, *§. 10. cap. 2.*); & lex unicè tribuat agendi facultatem moralem omneque jus naſcatur ex lege (*§. 7. cap. 2*): ſequitur; iisdem titulis vel modis, quos, ad acquirendum vel amittendum jus, habiles lex declarat, etiam acquiri vel amitti jus venandi & foreſtale, easdemque perſonas, quas lex non prohibet de rebus ſuis pro arbitratu diſponere, Bannum ferinum aliis dare, & vice

verſa easdem, quas lex juris alicujus acquirendi incapaces non declarat, Bannum ferinum etiam ab aliis accipere poſſe.

§. II.

Hinc eſt quod Bannum noſtrum Ferinum acquiratur vel per expreſſam reſervationem (ex. gr. Si Proprietarius Sylvam alii vendat, ſibi vero in illa Bannum ferinum cum omni jure ſtipuletur), vel per privilegium, vel per Inveſtituram feudalem vel per alium titulum, ex. gr. hereditatis, ſive ex teſtamento ſive ab inteſtato delatæ, Legati, Dotis, Donationis, permutationis, emtionis venditionis, Locationis conductionis, commodati, precarii, præſcriptionis, tranſactionis &c. cum hi modi omnes juris acquirendi ſint legitimi.

§. III.

De Oppignoratione antiqua in ſpecie notandum, quod illa jure Germanico, quo res oppignorata Creditori ſimul tradebatur, non nudum jus Hypothecarium, vel etiam antichreticum, ſed cum poſſeſſione Dominium quoque in creditorem transtulerit, prout ſolidè ex Celeberrimis Authoribus probatum eſt in Deductione Palatino Hanoica, contra Dn. Fiſcalem Cæſareum & Civitatem Gelhuſam, impreſſa *an. 1723. pag. 5. & ſeqq.* Ideoque, qui Feribannum in alieno vi antiquæ oppignorationis Imperialis poſſidet, ad reluitionem cogi non poteſt, ſed in ſua poſſeſſione defendendus, donec conſenſu Electorum, Principum & Statuum aliter ſtatutum fuerit. Quando vero Status Imperii ſibi invicem bannum ferinum ante hominis memoriam pignoris jure obligaverunt, reluitioni aliter locus non datur, niſi poſſeſſorum exceptiones & merita cauſarum ſuffi-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167703-p0025-4

cienter examinentur, *arg. Inſtr. Pac. Weſtph. art. 5. §. 26.* & *Capitulat. noviſſ. art. 1.*

## §. IV.

Amittitur Feribannum noſtrum ex variis cauſis & rationibus, lege tamen probatis, ex. gr. (1) Conſolidatione ſeu confuſione, ſi Idem tam territorium quam hoc bannum ferinum ſimul legitimo modo acquiſiverit (2) Dimiſſione banni, quæ uno verbo Deſafforeſtatio dicitur, cujus notabile exemplum occurrit in Capitulari Imperatoris Ludovici de an. 822., ubi Miſſis regiis vel Dominicis mandatum, ut noviter ſine juſſione Imperiali à Comitibus inſtitutas foreſtas dimittere præcipiant vid. *ſeq. §. 5.* Cui addendum non minus celebre exemplum ex charta Henrici Regis Angliæ: „Nos Henricus D. Gr. &c. &c. inprimis quod omnes fore„ſtæ, quas Henricus Rex, Avus noſter, afforeſtavit, vi„deantur per bonos & legales Homines, & ſi aliquem ali„um Boſcum, quam ſuum Dominicum afforeſtavit, ad „damnum illius cujus Boſcus fuit, deſafforeſtetur, vid. *Bilderb.* von *Regal.* der Jagden *pag. 14.* (4) Felonia, ſi per modum Feudi tale Bannum in alieno acquiſitum fuerit; Caveas verò, ne eas cauſas, quas pro juſtis feudum amittendi habet Jus Longobardicum, in Germania adplices indiſtincte, cum Germanica libertas obſtet, mores Germanorum, imo ipſa conditio vaſallorum, plane diverſa ſit ab Italorum. Præſertim valde inconcinnum erit feudo privare velle Statum Imperii ob commiſſam ejuſmodi Feloniam. Conf. *Dn. Jac. Carol. Spener. in exam. Longobard. doctrinæ de Felonia ad Status Imper. communiter adplicatæ* Add. *Titius in Spec. J. publ. L. 4. cap. 8. n. 3. p. 463.* (5) Præſcriptio-

ſcriptione, ſi Territorii Dominus Bannum ferinum, excluſo acquirente, tacente & non contradicente, exercuerit ex juſta cauſa per tempus lege definitum i. e. 30. annos, cum Longobardi & Germani aliam præſcriptionem non agnoverint *Sam. Stryke in exam. Jur. feud. cap. XI. §. 7. 20. & 21.* Quæ etiam procedit in non uſu, ſi prohibitio intervenerit & prohibitus per tempus legitimum in illa prohibitione acquieverit vid. *Sam. Stryke diſſ. de non uſ. jur. quæſ. cap. 2. n. 40. ſeq.* (6) Abuſu hujus banni inſigni, vid. *Idem diſſ. de abuſu jur. quæſ. cap. 4. n. 62. ſeq.* (7) Lapſu temporis, ſi ad tempus hoc jus conceſſum. (8) Revocatione concedentis, ſi per modum precarii datum (9) Reluitione, ſi titulus pignoris cauſa fuerit acquiſitionis, & ea in antiquis oppignorationibus obſerventur, quæ (*§. 3. h. c.*) ex J. P. W. adducta ſunt. (10) Proſcriptione Imperiali ejus, qui tale Bannum hucuſque exercuit *Ordin. Cam. p. 2. tit. 9. §. 2.* Add. *Rec. Imp. de an. 1576. §. 56. &c. &c.*

§. V.

Ad Perſonas tam concedentes quam acquirentes nunc tranſeo, eas breviter enumeraturus, quibus ſpecialiter hoc jus aliis concedere vel ſibi acquirere permiſſum eſt, vel non. Obſervo itaque olim quidem non tantum Imperatores & Reges, ſed & eorum Comites ac Miſſos foreſta vel banna Dominica conceſſiſſe, poſtea vero Comitibus hoc jus ademtum & Misſis Regiis ita mandatum fuiſſe: "De Foreſtibus noſtris, ut ubicunque fuerint, diligentiſſimè inquirant, quomodo ſalvæ ſint & defenſæ, & ut Comitibus denuntient, ne ullam Foreſtem noviter inſtituant, & ubi noviter inſtitutas ſine noſtra juſſione invenerint, dimittere præcipiant"

vid.

vid. ſupra *cit. Capitul. Ludov. in tom. 2. Conſtit. Imper. Goldaſti ad ann. 822.*

## §. VI.

Omnibus Clericis interdicta eſt venatio, & in his delictum eſt *c. 1. diſt. 34. c. 1. & 2. X. de clerico ven.* Conſequenter eos hujus juris acquirendi incapaces declarat Jus Canonicum. Aſt, non obſtante hac juris Canonici diſpoſitione, perſonæ eccleſiaſticæ eminentioris conditionis, quæ ſimul Imperii Principes & Status ſunt, altero pugno codicem, altero enſem geſtantes, non qua Eccleſiaſtici, uti dicunt, ſed qua Ditionum ampliſſimarum Domini ac Status ſeculares, teſte experientia, banna ferina habent. *Majer. de venat. cap. 3. pag. 18. & 19, Eyben. de jur. ven. §. 31.* Licet in auditum juxta *Fabric. Orig. Sax. L. 2. p. 215.*, antea Seculis omnibus fuerit, Epiſcopos auſos eſſe privilegia de venationibus ferarum ab Imperatoribus petere, quale Erpo Antiſtes Verdenſis, ſenectute jam delirus, ſed in ſua juventute Præſul eximius, ab Ottone III. flagitavit & obtinuit. Reliquis Clericis abſtinendum quidem eſt ab illicitis venationibus, aucupiis & Sylvaticis vagationibus, ſed ad piſcandum, imo etiam, ex interpretatione Canoniſtarum, utut Canonum textui, Conciliis & priſcis Eccleſiæ inſtitutis contrariâ, prout demonſtravit *Perilluſtr. Dn. Conſil. Imp. Aul. de Berger. diſſ. de jur. ven. θ. 7.*, ad eam venationem admittuntur, quæ per retia aut laqueos, paucisque etiam canibus, vel exercitii, vel ſanitatis, vel moderatæ recreationis, vel victus quoque gratia, cum ſilentio & modeſtia fit, quippe quæ non tam clamoſa & periculoſa cenſetur, ut illa, quæ cornu & armorum ſtrepitu exercetur, poſt *Zigler, Harprecht.*

*Harprecht. Stryke, Brunnem. Bôhmer, Aretin. Maier de J. ven. p. m. 18. Eyben de J. ven. §. 30. Conf. Roboretto, Profeſſor Juris Florentinenſis in Tr.* quem *modeſtam clericorum venationem defenſam*, inſcripſit. Prohiberi quoque perſonis Eccleſiaſticis Proteſtantium venationem, tum ex ipſa honeſtate tum ex teſtimonio monet *Sam. Stryke in not. ad J. E. Brunnem. l. 1. c. 6. membr. 10. §. 1.* qui tamen, propter jus prædiis annexum, illâ per alios venatores laicos uti poſſunt *Majer cit. pag. 18. add. ſupra cit. diſſ. de jur. ven. habita Erfordiæ 1692. Cap. 5. §. 32. Harprecht. diſſ.* von gnaden Jagden. *pag. 4.*

## §. VII.

Fœminas Illuſtres Imperii noſtri Bannum Ferinum & dare & acquirere poſſe, mihi nullum eſt dubium, quia etiam à Territoriorum, cum ſuperioritate, Dominio & poſſeſſione non excluduntur *Frommann. diſſ. de Condom. territ. cap. 5. §. 7.* Ideoque etiam, teſte experientia, in Imperii, Circulorum Imperialium, aliisque conventibus publicis votum ac ſeſſionem habent. Bey denen Alten / weylen Sie die Jagden vor heylig gehalten / haben ſich nicht allein die Männer / ſondern auch die Weiber des Jagens befliſſen / und ſind Fromm und Gottsfürchtig geweſen / ſagt ex Xenophonte Cyriac. Spangenberg in ſeinem anno. 1561. gedruckten Bericht vom rechtmäßigen Jagen fol. 13. fac. 2. Jägerinnen / deren Nahmen man in Schrifften findet / ſind geweſen: Procris, des Cephali Weib / *ap. Ovid.* Atalanta *Metamorph. 8.* Caliſto *Faſt. 2.* Diana, Crane *Faſt. 5.* Arethuſa *Virg. Georg. 4.* Ammione, Britona, Hippe des Chironis Frau *Idem Spangenb. d. Tr. fol. 48. fac. 2.* & *fol.*

 *60.*

*60. fac 2.*, Dido Carthaginenſis, *Idem fol. 51. fac. 2.* Martha, Gräfin zu Caniki in Schottland/ *Idem fol. 57. fac. 2.* Philonomia *Idem fol. 60. fac. 2.*, & ex Germanis Maria, filia Caroli Ducis Burgundiæ & Cæſaris Maximiliani conjux, *Idem fol. 69.*

§. VIII.

Vaſallus, de banno Ferino in alieno inveſtitus, tantum quoad fructus ejuſdem percipiendos alteri jus ſuum cedere poteſt; niſi conceſſio ad perſonam reſtricta ſit, ex: gr: ſi Princeps alicui his verbis B. F. dederit, *Tibi tantum hoc jus concedo*, vel hanc clauſulam adjecerit: *Ne alii iterum concedas*, quæ tum ſervanda eſt. Item, ſi bannum ferinum in aliquem tantum ad ſuam recreationem translatum fuerit per ea, quæ deducit *Majer de jur. ven. pag. 19. ſeq. Eyben. de jur. ven. §. 20.* Sed imperii ſtatus B. F. in alieno jure feudi Imperialis poſſidens, etiam ſine præſcitu Imperatoris, hoc jus ſuum in Conſtatum transferre poteſt, modo confirmationem petat; quia ſtatui imperii multo liberior poteſtas circa alienationem feudorum ſuorum Imperialium competit, quam aliis vaſallis, prout ex Andlero, Eybenio, Ittero & Thomaſio probavit & Exemplis illuſtravit Per illuſtris Author der Beſchreibung der Han. Münzenberg. Landen pag. 69.

§. IX.

Bannum ferinum conceſſum ab uno ex condominis, cœteris diſſentientibus, in ea parte, quam pro indiviſo poſſidet, non valet *arg. l. 2. de ſerv. & l. 6. §. 1. Comm. præd.*, licet ipſe concedens, eum banno ferino uti, prohibere nequeat *l. 11. de S. P. R.* Aſt quid hoc ipſi proficiet? cum repellatur à Con-

Condominis non conſentientibus. Repetenda itaque hic diſtinctio (§. *10. in fin. Cap. 2.*); vel enim ex mera concedentis liberalitate, vel ex titulo oneroſo hujus Feribanni promiſſio originem traxit; Sin hoc: actione ex illo contractu, per quem ad hoc præſtandum concedens ſe obligavit, reſultante conſequetur æſtimationem; ſin vero illud: fruſtra agit, cum rei donatæ nulla detur evictio *l. 2. C. de Evict.*

§. X.

Si Princeps B. F. diverſis Temporibus duobus concedat, ille ſine dubio præferendus erit, qui probare poteſt, ſe tempore priorem eſſe *Dn. de Berger de jur. ven. θ. 18.* non obſtante Clauſula: *anteferri*; cum poſterior conceſſio invalida ſit.

## CAP. IV.

## De uſu & Abuſu B. F. in alieno territorio acquiſiti, ubi ſimul de variis hujus Banni effectibus agitur.

§. I.

CUm uſus venandi antiquisſimus ſit; & ſtatim poſt conceſſionem animalium in victum, de qua *vid. Gen. 9. ℣. 1. 3.* cœperit, ipſeque Deus venationi legem præſcripſerit *Lev. 17. ℣. 13.* id quod venationes, ſi illam ſpeciem, quæ die par force Jagd vocatur, excipias, utpote quæ ſine maximo vitæ ac ſanitatis periculo, imo ſine peccato exerceri nequit, licitas eſſe præſupponit *de Berger diſſ. de J. ven. θ 5.*

 jura

jura foreſtalia etiam, in & per ſe, nihil injuſti vel iniqui contineant: ſequitur, eum, qui Banno ferino in alieno Territorio ſibi competente juxta limites juſtitiæ, æquitatis, ut et conceſſionis, vel naturam alterius negotii, mediante quo acquiſitio facta eſt, vel etiam ſecundum obſervantiam rationabilem, ad commodum tam proprium quam alienum utitur, minimè peccare, ſed rei licitæ incumbere, modo hoc jure non abutatur ratione loci, temporis, modi, perſonæ & cauſæ. *Ziegler. de J. Maj. L. 2. C. 14. §. 10.* præſertim vero in Dei contemtum, vel ſui & proximi læſionem; ex: gr. ſi venando à cruciandis beſtiis abſtineat, juxta monitum Pallarie in Philoſ. Moral. laudantis Blaſium Eremitam, quod ferarum morbos curaverit, *vid. Majer. de venat. pag. 248.* ſi porro bona ſua non profundat, mores efferari non ſinat, periculis, vel etiam riſui vel odio ſe non exponat, neceſſaria vocationis negotia non omittat, optimas horas cultui divino aut Reip. negotiis deſtinatas non negligat (Quis enim probet, Epiſcopum, vel Principem eo tempore, quo ſacra tractare, vel quo ſubditis juſtitiam adminiſtrare debet, venationibus indulgere? vel quis audet ſtudioſos & Doctores, feras potius in ſylvis, quam in ſuis Muſæis litterarum ſtudia, venari? inquit *Obrecht diſſ. de venat. n. 44. & ſeq.*), ſi fundorum Dominis non noceat, ſubditos occaſione venationis male non tractet, abjecta humanitate Habidem, Regem Curetum, beſtiæ, præter hominum lineamenta, ſimilem, haud imitetur, & ſic juxta deſcriptionem Spangenbergii im Jagd-Teuffel/ non ſit beſtia, ſedens ſuper beſtiam, ſecum ducens beſtiam et inſequens beſtiam, Conf. *Eyben. de Venat. §. 22. & 23* Si venatrix, prout Atalanta & Cranes feciſſe dicuntur, referente *Spangenb.* vom rechtmäßigen Jagen *fol. 23. fac. 1. & 2.* ſub prætextu pudicitiæ matrimonii incom-

moda non fugiat; cum Reipublicæ maxime interſit, ut matrimonia incantur, id quod optimè perſpexere Legislatores Romani, varia præmia tanquam motiva cum matrimonio connectentes. Add. *Eraſmus in Encom. Moriæ*; ubi delicias venatorum omnem modum excedentium ſalſè explicat, nec non *Henric. Corn. Agrippa de vanit. ſcient. cap. 77.* qui itidem vaniſſima venatorum inſtituta per modum ſatyræ perſtringit *Ziegl. de J. Maj. L. 2. C. 14. §. 81.* Si verò contrarium facit, peccat contra officia erga Deum, ſe ipſum, & proximum: conſequenter abuſum committit *§. 902. Cel. Wolfii* vernünfftiger Gedancken von der Menſchen thun und laſſen. Cum vero recti uſus fundamentum conſiſtat in officiis erga Deum, ſe ipſum, & alios *vid. Idem. cit. loc.* patet; cum recte uti feribanno, qui eo utitur ad animum quaſi relaxandum, ad comparandum bonam valetudinem, ad voluptatem & recreationem modicam & licitam, ad evitandum otium, ad fruges agricolæ præ copia ferarum indemnes conſervandas, ad vires exercendas, & aſſuefaciendum laboribus bellicis ac militaribus &c. *Eyben. cit. diſſ.* §. *24. & 44.* Nec enim uſus rerum, ſed libido utentis, in omnibus talibus in culpa eſt, per regulam *Auguſtini in Can. 1. diſt. 41.*, & uti modus in omni re optimus *Lipſ. Cent. I. epiſt. 14.*, ſic è contra vitioſum eſt ubique quod nimium *Senec. de tranq. anim. cap. 9.* Uſus itaque cum ſit ſeparandus ab abuſu, operæ pretium erit, de quibuſdam ad minimum uſus & abuſus B. F. ſpeciebus prolixius diſſerere.

§. II.

Cum in omni ſocietate civili ſumma & ſuprema lex ſit: *Salus publica,* per §. 215. *Wolfii Politicæ*, quam obſervare debent, tam Imperantes, quam ſubditi *§. 229. 220. & ſeq. cit. loc.* ſequitur; a Venatione, quæ regali jure in ali-

eno, ad decus & utilitatem Reipublicæ, exercetur, omnem injuſtitiam abeſſe *per §. 7. S. 2, Hor. ſubſec. Marb. de Def. Juſt. Ulp.* Hoc enim fit, ſi relicto ſaltem eo numero, qui ad propagationem ferarum & conſervandum B. F. neceſſarius eſt, reliquæ feræ ſingulis annis, bienniis vel trienniis capiantur, eoque fiat ut non plus de ſegetibus Subditorum, qui tributorum onera exinde ſolvere debent, abſumatur, quam utilitatis in Rempublicam redundat, ſed potius ut ferarum captarum venditione, aut in menſâ aulicâ conſumtione, increſcat reſpublica atque ærarium *Krebs de lign. & lap. p. 1. cl. 4. ſect. 16. §. 5. n. 20. Add.* Würthenbergſ. Landtagsabſch. *de An. 1565. fol. 185. & ſeq. ibi* gebührlich einſehen verfügen/ damit das Wildprät nicht hauffend zu ſchaden des armen Mannes und ſeiner Feld-Güther über hand nehme &c. Hinc in ſummo Iudicio aulico Imperiali die 6. Aprilis 1717. in Cauſa derer Späthen von Zwyfalthen/ contra Hohen Zollern: Hechingen, concluſum: Daß der Herr Fürſt von *Hohen*zollern ſeine Jhme zu *Neufra* zuſtändigen Wildbann wiederum in ſeine alte Schrancken ſetzen/ die hierinen eingeklagte Späthiſche Beſchwehrden uud *extenſionen* gäntzlich abſtellen/ hingegen *NB.* eine beſtändige Milderung/ hauptſächlich durch genugſame Wegſchieſſung des vielen Gewilds und abhaltung von denen ſowohl Spätiſch: Herrſchafftlichen als unterthanen Güthern und Gründen veranſtalten/ darüber auch die gebettene *Cautionem ſufficientem de parendo præſtiren* ſolle/ damit nicht nöthig ſeye/ die ebenfals gebettene oder andere zulängl. gegen Mittel zu verordnen. *Item:* Wann Spätiſcher ſeiten eine glaubwürdige *ſpecification* der ihnen zugefügten Schäden wird einge-

gebracht werden / ſo folget hierinfals ferner / was rechtens. *Vid. tom. I* der Reichshoff R. *Concluſ. pag. 550. ſeq.* Burgmeiſter *Cod. Diplom. tom. 2. pag. 1014 ſeq.* Dañ das ſind eigennützige *conſilia*, wann man den großen Herren imprimiret / daß ſie Gärthen und Wildbannen nur allein zur Luſt und ergetzlichkeit / nicht aber zugleich zum Nutzen / wie gemeine Hauß-Leuthe / haben und unterhalten müſſen / *ex Seckendorffio Idem Krebs p. 1. cl. 2. ſect. 2. §. 10. n. 10.* Jagen zur Luſt und denen armen Leuthen zu Leyd / das Wild ſchirmen und den Leuthen ſchaden / daran hat der Teuffel Freud *Textor. diſſ. de jur. ven. θ. 33.* Clementer enim comiterque cum ſubditis, juxta monitum *Mynſing. Cent. 5. obſ. 8. n. 10.*, vivendum, cum ut nos potius ament quam timeant, tum quod eorum curam non minorem Deum opt. max. habere, quam Dominorum, firmiter credendum ſit. Officium boni Principis eſt, tueri ſubditos eorumque bona & jura. *Coccejus jur. contr. L. 42. tit. 1. qu. 10.*

§. III.

Patet itaque (*ex §. 1. & 2 h. C.*) maximum abuſum eſſe, qui neque præſcriptione neque conſuetudine juſtus redditur, ſi venatio, quamvis indiscretè & generaliter conceſſa, exerceatur tempore meſſis & creſcentium in herbâ fructuum cum devaſtatione frugum; cum tamen alio tempore absque damno & detrimento agricolarum ea inſtitui poſſit. Conf. *Maj. de ven. pag. 272 Eyben de ven. §. 43.* Idem obtinet, ſi ſubditis in mandatis detur, ne ſegetes ſuas & gramina vel potius prædia ſua (licet aliàs Hays, i. e. ſæpibus, vid. *Hert. in opuſc. Vol. I. tom. 3. p. m. 612. & ſeq.* non ſoleant muniri, die kein Garthen Recht haben) ſepimentis vel

fos-

foſſis circumdent, modo non faciant ſepem nimis altam, vel talem. cujus terræ infixi pali in ſupremitate ſint acuti, qui feras tranſilientes transfigere poſſint, ſed potius plani vel obtuſi. *Krebs d. tr. pag. m. 458. 459. & 460. n. 2.* ubi ſimul laudat æternæ memoriæ benignitatem & in ſubditos clementiam Sereniſſimi Haſſiæ Landgravii CAROLI, dum in Ordinat. foreſt. de an. 1683. non ſolum permiſerit, ſed etiam ſeriò talia fieri ſepimenta mandaverit lignaque in eorum conſtructionem gratioſiſſimè conceſſerit his verbis: Unſere Beamten ſollen auch den Unterthanen anbefehlen/ daß ſie um die vor denen Wäldern/ ſonderlich deden Haupt-Wildbannen/ liegende Felder/ tüchtige Zäunne/ wo ſie keine lebendige Hecken oder Zäune darum haben/ machen und dadurch ihre Felder/ und Früchte von dem Wildprät verwahren/ darzu ihnen dann aus dem Lager oder anderm abſtändigem Holtz die Nothdurfft Forſt-Frey gefolget werden ſolle. Hinc eſt, quod ab omni æquitate & ratione alienum ſit, imo planè impium & publicæ utilitati adverſum, ſi ſubditi feras beſtias, quibus ſat pabuli ex graminibus & arboribus Sylveſtribus ſuppetit, ex propriis agris, pendentibus adhuc fructibus, abigere & latratores moloſſos habere prohibentur. *Gail. 2. obſ. 68. n. 10. Maj. de ven. pag. 290. & ſeq.* Cum tamen fructus ſegetum, niſi qui ſuperflui aut inutiles in agris relinquuntur, multum faciant ad conſervationem hominis, magis neceſſariam quam ferarum *Exod. 23. ℣. 11.* ac in perditione agriculturæ damnum publicum & ipſius venationis & foreſti Domini longe majus verſetur, quam ſi omnes feræ fame perirent, ex *Klockio Krebs de L. & L. p. 458. ſeq.* Ideoque nec præſcriptione nec conſuetudine contrarium induci poteſt, per *text. & Authores*

*cit.*

*cit. à Majer de jur. ven. pag. 291. ſeq.* Ad minimum permittendum eſt Ruſticis, ut, non quidem bombardis, bene tamen canibus minoribus, qui feras lædere haud poſſunt, eas abigant ſive expellant. Hinc in *transactione inter Sereniſſimum Ducem Ericum Brunſuicenſem & Sereniſſimum Wilhelmum Haſſiæ Landgravium an. 1575. initâ*, ſic cautum legitur: So ſollen auch die von Münden an jährl. Verbeſſerung ihrer Gnicke und Schläge am Rattenfeld (doch daß dieſelbe hienauß nacher dem Walde zur ohngebühr nicht erweythert werden) durch anrichtung Zäune u. Abſcheuhung des Wilds, ſchaden ihrer Güther, ſo viel möglich zu verhüthen, nicht gehindert werden. *Add. Transactio noviſſima inter Potentiſſ. & Sereniſſ. M. Britanniæ Regem, quâ Electorem Hannov., & Sereniſſ. Haſſiæ Landgrav. de 16. 7bris 1726. in verbis:* Wobey dann ferner verglichen worden, die Jagd zu ſolchen Zeiten anzuſtellen, daß denen Wohnhäuſern an ihrem Feld, Wieſen, und Garthen Früchten kein ſchaden geſchehen, und ſie ſich darüber zu beſchweren keine befugte Urſach haben mögen ꝛc. Item: ſo ſoll auch denen Wohnhäuſern frey und ohnverwehrt bleiben, das Wild aus ihren Gärthen, Wieſen und Feldern auf eine der Wildbahn gantz ohnſchädliche weiſe zu ſchüchtern, da hingegen wird denen Wohnhäuſern allerdings und bey ſchwerer Straffe verbothen, der Fürſtl. Heſſiſchen Wild-Bahn keinen ſchaden, zuzufügen; und damit auch ſonſten Mißbrauch und Ohnglück verhüthet bleiben möge, iſt weiter in Vorſchlag gebracht und verabredet worden, daß beyderſeitlichen Unterthanen zu Wohn- und Sim-

mershauſen in Wald und Feldern ſchieß Gewehr zu führen bey hoher und ſchwehrer Straffe ein vor allemahl unterſaget ſeyn ſolle. *Iungatur* die Würtenberg. Lands-Ordn. *Tit.* von Abſcheuhung des Wildprets ꝛc. tenoris: So haben wir den Leuthen ſo innerhalb und an unſern Wildbannen geſeſſen gnediglich zugelaſſen/ daß ſie mit kleinen Hunden/ die nicht Jagd-Hunde ſeynd/ das Wildpret abſcheuchen. It. pag. 147. ibidem: Sonderlich aber ſollen die arme Leuthe nicht geſchlagen/ noch vergewalthiget/ vielweniger ihnen ihre Aecker zu vermachen/ oder das Wildpräth mit kleinen Hunden abzuſcheuchen/ gewehret werden. Coeterum de propriâ hac tuitione adhibenda *vid. Merckerlb ap. Klock p. 1. Conſ. 30. n. 15. 18. 21. & ſeq.* & *Diſp. Henrici Hildebrandi de conſervat. ferarum nociva.* Huc quoque pertinet Concluſum ſummi judicii Imperialis Aulici de 12. Febr. 1728. in cauſa Stättmeiſter und Rath zu Hall in Schwaben/ contra die Brandenburg. Onoltzbach. Regierung in pto Damni per feras Cauſati *vid. tom. 6.* der Reichshoffr. *Concluſ. pag. 464. ſeq.*

## §. IV.

Cum jus Naturæ cuilibet injungat, ut pro viribus aliorum ſalutem promoveat, & in hoc unice conſiſtant officia erga alios; Sequitur; contra hæc peccare, & conſequenter abuſum committere (*§. 1. h. c.*) Dominum Banni F. in alieno competentis, ſi Dominum Territorii impedire vellet, ne curet, ut fruticeta, particularesque in mediis agrorum ac pratorum campis exiſtentes Sylvæ, die Feldhecken/ Püſche/

ſche / eintzele Wald- und Vorköpffe / nec non ipſarum ad feribannum habitarum Sylvarum extremitates, relictis duntaxat grandioribus, frugiferis & terminalibus arboribus, ut & iis, ſo in der forderſten Reihe / wann der Wald an das Feld ſtößet / ſtehen *Seckendorff. d. tr. p. 3. C. 3. Reg. 6. §. 6. in fin. Krebs de L. & L. p. m. 236.* exſcindantur & purgentur, ut feræ tantummodo in mediis, ad requiem commodis, ſylvarum latibulis contineantur, in quibus etiam ſolis, nec ultra in aliis ſylvarum partibus ſales ſunt condendi, ac pabula pro feris habenda, ex ratione (*§. 2. h. c.*) data. Hac de cauſa merito laudandæ ſunt *Ordinat. Haſſiacæ Sereniſſ. Principum Mauritii de an. 1593. & Caroli de 1683. Rubr.* von Wildpret und gehägten Orthen ꝛc. „Nachdem „ eine Zeitlang her von Jägern und Förſtern in den Vor-„ höltzern und Feld-Sträuchen viel Gehäge vor das Wild-„ prät gemacht / und den armen Leuthen ſolche gehägte „ Oerther zu betreiben verbotten / auch durch ſolch Mittel „ das Wildprät aus denen hohen gehöltzen und Hauptwäl-„ den in die Fruchtbare gebauete Felder / unſern Unter-„ thanen an der Frucht / und uns ſelbſten am Zehenden „ zu groſſem Nachtheil uad Schaden / gezogen werden / „ oder da die Förſter ſolche Vorhöltzer und Feld-Sträuche „ zu betreiben geſtatten / unſere Unterthanen / ſonderlich „ die Schäffer es mit Verehrung Hämmel / Schaafe / Läm-„ mer oder Geld theuer von ihnen erhalten und gleichſam „ kauffen müſſen. Gleichwol aber unſer Wille und Mey-„ nung gar nicht iſt / daß unſere Unterthanen der mit „ groſſer Mühe / Arbeith / und ihrem ſauren Schweiß „ ausgeſtellter Saamen / davon ſie mit Weib und Kindern „ das Brod zu Auffenthalt ihres Lebens haben / vom Wild-„ pret verderbt und abgeätzet werden ſolle; als wollen wir / „

„daß unſere Ober-Forſt-und Jäger-Meiſtere / desgleichen „Ober- und Unter-Förſtere dergleiche ſchädliche Gehäge „in dem Feld und vor Sräuchen gäntzlich abſchaffen / das „Wildpret in die hohe Gehöltze nnd rechte Wildbanne „bringen / und den armen Leuthen die Feld-Sträuche / „in welchen ſie es herbracht haben / zu treiben und zu hür- „then nicht verbiethen / ſondern ohne forder-oder anneh- „mung einigen Geſchencks geſtatten / auch zulaſſen / da „Wildpret auf dem Saamen in Gärthen oder auf Ae- „ckern befunden wird / daß ſie es mit Köttern aus dem „Feld ſcheuchen und abtreiben mögen / damit unſere liebe „Unterthanen / der Arme mit dem Reichen ihr täglichs „Brod um ſo viel beſſer auferziehen / auch deſto mehr Vie- „hes gewendet und zum Fleiſchkauff in die Städte gebracht „werden könne.„ Quæ diſpoſitio licet de banno ferino in proprio competente tantum agat, attamen quoad ſubditos alieni territorii tanto magis ſtringit. *Add. Naurath. de rat. p. 454. ſeq. Krebs de L. & L. p. m. 201. ſeq. edit. de an. 1700.*

## §. V.

Aliter plane ſentiendum, ſi Dominus Sylvæ Venatoriæ arbores grandes, annoſas, glandiferas vel pomiferas, ut & dumeta in præjudicium Domini B. F. pro lubitu cædere atque ad ſuum quæſtum transferre, vel arbores glandiferas in promiferas transmutare, imo Sylvam venatoriam penitus & radicitùs extirpare, & ad culturam vel prata reducere velit *Krebs. de L. & L. pag. 198. n. 1.* ubi tamen in ſeqq. certos caſus diſtinguit, quos brevitatis ſtudio prætereo, Add. *Berger. de venat. §. 22. Beck. in prax. aur. p. m. 599. ſeq.* Tunc enim ii, qui venationes in alieno jure foreſti, atque ſic tanquam

rega-

regale poſſident, quales ſunt Electores, Principes, reliquique Status Imperii illud ipſimet mediis adæquatis ex. gr. pignorationibus, arreſtis &c. impedire ac via facti reſiſtere poſſunt. *Stryk. de via facti Imp. Princ. perm. cap. 1. §. 37.*; Cum ei, qui Banno Ferino, prouti nos definivimus, gaudet, competat etiam Imperium Sylvarum & ferarum, & eos, qui ipſum turbant in exercitio hujus Juris, quovis modo repellere poſſit (*§. 6. & 8. Cap. 2*). Ii vero, qui jus venandi nudum in alieno territorio poſſident, eandem prohibendi ac imperandi & reſiſtendi facultatem non habent (*§. 8. cap. 2.*), niſi eandem ſimul tali, quæ hoc in caſu requiritur, præſcriptione aliove titulo acquiſiverint, vel ideo apud Magiſtratum ordinarium, aut eum, penes quem Jurisdictio foreſtalis reſidet, agere debent, quo curet, ne Sylvarum aut lignationum Domini nimia ſucciſione noceant venationibus *Krebs de L. & L. p. 123. n. 3. pag. 196. & ſeq. cum ibid. alleg.* vel, ſi in mora periculum ſit, & damnum irreparabile immineat, Mandata S. C. contra Dominum Sylvæ venatoriæ, ut ab incepto deſiſtat, peti & decerni ſolent, ſicuti in cauſa Comitis a Zollern contra Comitem à Fürſtenberg factum eſſe meminit *Gail. 2. Obſ. 67. n. 8.* Dann ſolches unziemliches Baum-Abhauen haben die Proprietarii allein beſcheidentlich/ oder pfleglich/ und mit einer ſolchen Maaſſe zu thun/ damit die Wildfuhren nicht verderbet werden/ doch ſollen die Eygenthümer um ihren Grund mit einer gebührenden Ergetzlichkeit bedacht werden. *Wehner. Obſ. voc.* Forſtrecht. *Seckendorff.* im Fürſten-Staat *p. 3. regal. 6. p. 435. à Sode diſſ. de venat. Cap. 5. §. 31. Berger. de venat. §. 23.* Königl. Preuſſiſche *Deduction* wegen der Herrſchafft Limburg *p. m. 54.*

§. VI.

Quid vero, ſi eum in numerum excreverint feræ, ut gregatim in privatorum agros excurrant, & ſata magno pauperum dolore ac damno depaſcantur, ita ut ſubditi ſine labore & expenſis poſſeſſiones, prata, ſegetes, & vineas ſuas defendere nequeant, ſed diu noctuque iis invigilare neceſſe habeant? Tunc non tantum damna quæcunque à feris vel ipſis etiam Venatoribus Miniſtris in exercitio venandi, lætas ſegetes conculcando, agrorum poſſeſſoribus data reſarcienda, (in cujus damni æſtimatione ſimul quodammodo ratio habenda futuræ meſſis & fructuum veriſimiliter exſpectatorum), aut licentia concedenda occidendi feras infeſtantes, ſed ſubditis etiam pro talibus laboribus & expenſis ſpecialiter ſatisfaciendum eſt. *Berger. de ven. §. 14. Gail. 2. Obſ. 68. n. 10.* jung, *Seckendorff.* im Fürſten-Staat *p. 3. regal. 5. §. 1. & Caſp. Ziegl. de I. Maj. L. 2 cap. 14. §. 29.* Saluberrimum tamen hocce monitum, ſi in hac vel illa Aulâ obſervetur, inter caſus rariſſimos merito numerandum erit; Interim admodum notabile eſt hac in materia *teſtamentum Sereniſſ. quondam Electoris Saxoniæ Mauritii*; Dann als Er in der Sivershauſiſchen Schlacht ſo verwundet worden/ daß er ſein Lebens-Ende nähern ſahe/ vermeynte dieſer ſonſt Martialiſche und ohnerſchrockene Herr nicht eher ruhig ſterben zu können/ bevor er ſeinem damahls an. 1553. errichtetem Teſtament nicht auch folgenden punct. mit inſeriren laſſen: Wir bitten auch weiter daß Se. Lbden (nemlich Sereniſſ. Frater Auguſtus) denen armen Leuthen in der Wildbann an allen Orten 2000. Rlr. von unſertwegen in 4. Wochen nach unſerm abſterben austheilen wollen laſſen/ damit ſie ihrer bißher erlittenen beſchwerung ſo viel deſto beſſer vergeſſen. Lunigs

nigs Reichs-Archiv part. Spec. Tom. 2. Werndle vom Zehend-Recht *L. 2. c. 1. addit. nov. p. m. 60.* Majorem adhuc laudem hac in re tribuit FRIDERICO Duci Saxoniæ B. Lutherus in Geneſ. cap. 25. his verbis. Es iſt zwaren die Jagd an ihm ſelbſt nicht böß/ und daß man damit umbgehet/ kan wohl Chriſtl. und guth ſeyn/ wie wir an dem Durchl. unſerm Gnädigſten Herren/ Hertzoge Friederich von Sachſen/ Seel. Gedächtnüß/ geſehen haben; derſelbe hat alſo gejaget/ daß er damit niemands ſchaden gethan/ ja viel genutzet hat. Wo er etwa vernommen/ daß auch nur ein kleiner Schade geſchehen/ ſo hat er ſolches doppelt laßen bezahlen. Er hat auch offtmahls den armen Bauren etliche Scheffel Geträydes laſſen austheilen/ daß ſie dargegen haben ſolten/ wo Ihnen das Wild etwas würde abfreſſen/ daſſelbe ſtehet einem löblichen Fürſte wohl an. *vid. Bilderbeck in deduct.* von *Regal.* der Jagd. *pag. 80. Spangenberg.* vom rechten Jagen *fol. 27.*

## §. VII.

Cum vero nemo alterum in Juris ſui exercitio quovis modo turbare debeat, imo cum Dominus B. F., regali jure quæſiti, habeat poteſtatem, leges, quibus præcavere intendit, ne ipſi jus ſuum ullo modo intervertatur, ferendi, & violatores vel transgreſſores puniendi (*§. 6. & 8. cap. 2.*): ſequitur; eum naturali obligationi novam addere & imperare poſſe, ne gramina in Sylvis ſecentur, ne folia arborum, fruticum, & plantularum virentia ad pabulum pecoribus ſubminiſtrandum colligantur, ne arbores per reſinarum abraſionem

nem lædantur, ne canes ſine fuſtibus appenſis, ohne einen Hunds-Knüttel (cujus longitudo eſt unius ulnæ ſecundum *Edictum Principis Henrici jun. de Wolffenbüttel A. 1566.* & *Edictum D. Auguſti gl. mem. de 8. Jan. 1638.*, quod in Franconia quoque uſu ſervari teſtatur *à Sode de venat. Cap. 5. §. 23.*) ad agros vel Sylvas excurrant conf. *Krebs de L. & L. p. 419. ſeq.* Porrò ne ignis in Sylva vel prope illam accendatur, ne viis privatis per B. F. ducentibus quis utatur &c. Idem *p. 37. ſeq.* Imo etiam Sylvæ Domino Juris paſcendi exercitium (eo adhibito temperamento, ut paſtus ſufficiens relinquatur) reſtringere poteſt. Aſt ipſe quoque B. Ferini Dominus ultimo hoc caſu meminiſſe debet, etiam ſe obligari viciſſim Sylvæ Domino; ut feras inde expellat eo usque, donec arborum plantæ in congruam & paſtu ferarum non amplius corruptibilem magnitudinem excreverint, atque Sylva ferarum quieti apta ſit reddita, ne ſecus damnum inferat Sylvæ Domino & deſtruat, quod aliis conſervandum præcipit, in quo hodie omnes fere peccant venationum Domini, teſte Eodem *pag. 34. & ſeq. n. 2. 5. 7. 8. & 11. junct. pag. 246.* Si publica quoque neceſſitas ampliorem paſtum exigat, tum B. F. Dominus, etiamſi jus venandi regali jure poſſideat, cedere debet, quia duabus, quantumvis publicis, neceſſitatibus concurrentibus illa præferenda eſt, quæ major, quæque directò & magis principaliter publicum Intereſſe concernit. Idem *Krebs d. l. n. 13. ibique alleg. text. & auth.*

## §. VIII.

Num vero B. F., in alieno quæſiti, Dominus, cujus multum intereſt, ne Sylva venatoria à proprietariis vel aliis quibuscunque devaſtetur, Cuſtodes vel Saltuarios conſtituere & Domum in Sylvâ remotâ pro habitatione cuſtodis ædificare

care poſſit? Quæſtionis eſt. Prius membrum, quod attinet, affirmativè eſſe reſpondendum haud dubito; nam, cum ipſi competat poteſtas ferendi leges, ad converſationem B F. (§. *8. cap. 2.* §. *7. h. c.*) tendentes, & animadverſio in earum violatores vel transgreſſores (§. *6. cap. 2.*), omnino etiam ipſi concedenda eſt poteſtas conſtituendi cuſtodes vel ſaltuarios, qui, ut legibus òbediatur, obſervent, & transgreſſores deferant. Conf. *Krebs pag. 214.* qui tamen *pag. ſeqq.* diverſos caſus iterum diſtinguit. Ad poſterius vero membrum non facile affirmativè eſſe reſpondendum exiſtimat Idem *p. 217.* §. *19.* niſi fortaſſis in eo neceſſitatis caſu, ubi Sylva venatoria multum foret à territorio vel proprietate Domini B. F. remota, atque tunc ſatisfiat proprietario ratione ſoli, pro ædificii poſitione occupati.

## §. IX.

Cum Dominus Feribanni, in alieno competentis, gaudeat juribus ſolummodo foreſtalibus (§. *6. cap. 2.*) & facultate leges promulgandi, aſt reſtrictâ ad Sylvas & venationes (§. *8. cap. 2.* §. *7. h. c.*): ſequitur; eum, ſi ſimul jura ſuperioritatis territorialis vel ordinariam jurisdictionem exercere velit, abuſum committere (§. *1. h. c.*) Conf. *Hert. de ſuper. territ.* §. *49 juncto* §. *65. Eyben de ven.* §. *18.*; Dann die Wildbanns Obrigkeit/ wird von der Ordinari Lands-Obrigkeit zum öfftern in Germaniâ ſepariret/ teſte *Mynſ. Conſ. 16. n. 35. 36. & 46.* Conf. *Deduct. Summariiſſ. & Demonſtrat. ocularis pag. 7. in fin.* impreſſa Anno 1619. in causâ Iſenburg contra Heſſen Jung. quoque *Heider. in Act. Lindav. p. 115. poſt princ.* in verbis: Offtmahlen hat ein Fürſt oder Herr in einem frembden Gebiethe die Jagd und

Fürſtl. Obrigkeit beſonders hergebracht/ daß er dieſelbe ohne des Lands-Herrens Verhinderung zu üben/ aber ſonſten auſſerhalb deren keinen Obrigkeitlichen *Actum* zu *exerciren* hat. *Horn. Juriſpr. feud. Long. Teut. cap. 8. §. 50. Meichsner. Tom. 2. Lib. 2. Deciſ. Cam. 4. n. 175. Mej. de ven. pag. 269.* Ex antecedentibus tamen liquidò colligi poteſt, operari hocce Bannum jus cingendi ſylvam & prohibendi, ne quis illam venationis & aucupii causâ ingrediatur, vulgo Gebott und Verbott des Jagens und des Vogelfangs. *Mohr. de venat. cap. 3. num. 10. Stryke diſſ. de via facti Princ. Imp. perm. Cap. 1. §. 37. Bejer. Spec. Jur. Germ. L. 2. C. 3. §. 2. Myler. de Princ. & Stat. Imp. c. 73. §. 3. Böhmer. Introd. in jus ff. L. 41. Tit. 1. §. 12. Titius in Jur. priv. Rom. Germ. L. 8. cap. 14. §. 11. Klock. Conſ. 29. n. 175. ſeq.* ut & ne feras, contra ejusmodi prohibitionem captas, quis acquirat; Foreſtis enim eſt Sylva ſanctione quadam ſubnixa, ein gehägter Wald. *Hert. de ſuper. territ. §. 48. Majer. de venat. p. 47. Berger. de venat. §. 12.* Quorſumpertinent quoque Diplomata ſupra (*§. 4. cap. 2.*) adducta, & iis jungi poteſt Diploma *Henrici Imper. d. 16. Kal. Jul. Anno 1049. apud Hundium in Metrop. Saliſb. p. m. 243.* tenoris: „ Epiſcopo tradidimus, atque conceſſimus jus & poteſtatem legitimi „ Banni ſuper venatione & foreſto, videlicet in Comitatu Adalberti Marchionis & intra geminas fluminum Sabnichi & Darbinichi, eâ videlicet conditione, ut nemo absque licentia & voluntate præfati Epiſcopi, ſucceſſorumque ſuorum, infra prædictos ejusdem foreſti terminos banni concluſione vetitos præſumat venari, aut aliquod genus ferarum, quod in foreſtarum jure banni interdicitur lege, qualibet venatoriâ induſtriâ capere vel decipere. „ *In Codice Juris Alam Cap. 350.* ſequentia hac de re legimus, & qui-

& quidem in *edit. Meichsn.* „Wer in denen Bannen oder „ Förſten Wilde wundet / oder fellet / oder jaget / oder töd- „ tet / der ſoll dem Herren des es iſt / 60. Schilling der „ Land-Pfennig geben. Wer durch den Bann oder Forſt „ richtet / ſeine Bogen / ſeine Armbroſt ſollen ungeſpan- „ nen ſeyn / ſein Köcher ſoll bedeckt ſeyn / nnd ſein Jag- „ Hunde ſollen gekuppelt ſeyn.„ In Manuſcripto hujus Codicis, quod edidit, Dn. Joh. Aug. à Berger, hæc ita proferuntur: „ Wer in einem Panforſt Wild wundet / vellet / „ oder jagt / oder töttet / der ſol den Herren / des er iſt / „ ſechtzig Schilling des Herrn Landpfennig. Wer durch „ den Panforſt reyt / ſein Armpruſt und ſein Bog ſullent „ ungeſpannen ſein / vnd ſein Chücher bedeckt / ſein Wind „ und ſein Prack ſullent aufgevangen ſein / ſein Jaghund „ ſullent bekupphelt ſein. „ Imo Vaſallus etiam Dominum Directum in proprio modo dicti Domini directi territorio (præſuppoſito nempe, quod in hoc territorio Banno ferino ab ipſo inveſtitus ſit) à venatione ſimultaneâ excludere poteſt, niſi pacto vel tranſactione res aliter ſit determinata; de qua limitatione conſ. *Majer. de venat. p. m. 73.* Si tamen hoc jus venatus precarium ſit, in dubio Regionis Dominum admittit. Idem *pag. 75. add. Hert. de ſuper. territ §. 49.*; Cum (Ei liberum ſit, hoc jus quovis momento revocare (*§. 10. cap. 2.*), & ſic Ei, cui hoc jus precario datum, beneficii loco eſſe debet, ſi ipſi convenatio concedatur.

§. X.

Quandoque etiam cum foreſto vel Banno ferino ſimul alia Regalia conceduntur, quibus ſi quis hoc caſu utatur, nil

obſtat, quo minus juſte agere dici poſſit; Sic in Diplom. Friderici Imperat. de Anno 1156. Indict. 4. apud *Hundium Tom. 2. pag. 122.* jus datum eſt, in Salis vel cujuslibet metalli ſubterraneas venas intra foreſtum inquirere. Verba hujus Diplomatis ita ſonant: „ Ipſum, inquam, foreſtum cum „ omni jure ſuo, jam dicto cœnobio imperiali auctoritate „ donantes confirmamus, hoc pietatis ſtudio addentes, ut ſi „ quid ejusdem loci fratres *in ſalis vel cujuslibet Metalli ſub-* „ *terraneis venis* inter terminos ipſius foreſti invenire aut „ elaborare potuerint, firma eis eorumque ſucceſſoribus & „ illibata omni tempore permaneant &c. „ Quod in ſeqq. Chartis *Philippi 2. Reg. Rom.* de Anno 1204. VI. Idus Martii, *Friderici II. & Rudolphi II. Rom. Imp.* apud eundem *Hundium Tom. 2. pag. 124. 125. 131. & ſeq.* ita confirmatum eſt: „ Specialiter autem & nominatim confirmamus eisdem „ fratribus foreſtum, quod circa Cellam undique tenditur, „ ut ea, quæ intra terminos ipſius foreſti in venationibus, „ piſcationibus, paſcuis, cultis & incultis, & quæ in *ſalis vel in* „ *cujuslibet Metalli venis ſubterraneis* inveniri aut elabo- „ rari potuerint &c.

## §. XI.

Huc etiam pertinet quod quidam Domini B. F. in alieno quæſiti habeant jus Albergariæ venatoriæ, den Jäger-atz / & jus exigendi ſervitia ad venationem neceſſaria, vel utilia, Jagd-Dienſten und Jagdfuhren. *Vid. Acta Wertheimens. ſupra alleg. pag. 331. in verbis:* „ Inſonderheit „aber haben ſie (*ſcil. Ill. Dn. Com. Leoſteinenſes*) die Jagd- „dienſt und Jagdführen vielfältiglich gebraucht und darzu nicht

nicht allein die Wertheim. Unterthanen / ſondern auch die Würtzburgiſ. Dörfflein / ſo in die *Cent.* Michelried gehörig / ihrer von altershero obliegenden Schuldigkeit nach / erfor„dert und angerichtet. So iſt auch von Alters herkom„men / daß welcher Orth die Wertheimiſ. Jagen beſuchet / „alsdenn dieſelbe Unterthane / Jäger und Hund mit ziem„licher Atz und Zehrung entweder zu verlegen / oder aber „ſolche Atzung mit einem Jährl. Geld gegen die Grafſchafft „abzukauffen ſchuldig ſein ꝛc.„ Quam ſæpius vero Juribus hisce, ſi non Domini Banni Ferini, attamen Miniſtri foreſtorum & venationum abutantur, & jus cibatus das atzungs Recht / in jus voracitatis (ut ita dicam) in eine Freß-Gerechtigkeit / quæ tamen longè ab invicem differunt, teſte *Authore Impreſſi Solmenſis, vel ſupplicæ pro reſtitutione in integrum &c.* contra *Monaſterium Arnſpurg pag. 58. in fin.* transmutent noto notius eſt. Inprimis hujus juris abuſus ſeſe exſerit, ſi Monaſteria ad talem hospitationem obſtricta ſunt; cum tamen merito perpendendum ſit: Ea non ad Canes & equos alendos atque Aulicorum voracitatem ſopiendam, ſed piis eſſe uſibus (ſufficit tamen à Catholicis pro talibus venditari, vel poſtea hos uſus in verè pios v. gr. ad ſuſtentationem Orphanorum, Senum, Valetudinariorum & Pauperum à Proteſtantibus converſos eſſe) deſtinata. *Conf. Klock de ærar. L. 2. cap. 91. n. 18. Magerus de advoc. arm. pag. 474. n. 300 & 475.* Es haben auch dahero *Sereniſſimi Principes, Brunſuicenſis & Haſſo Caſſellanus in ſupra §. 3. h. c. cit. tranſactione de 1575.* dieſem ſchädlichen Mißbrauch auf folgende Weiſe vorzukommen geſuchet: Da auch unſer / des Landgraffen Forſtmeiſtere Ober- und andere Förſtere vom Walde bisweilen ins Kloſter (ſcil. Hil-

wardshauſsen) kämen und nicht ferner reythen möchten/ und alſo um ein Mittags-oder Nacht-Futter und Mahl anſuchen würden/ ſoll ihnen daſſelbe nach Gelegenheit gutwillig mitgetheilet/ ſonſten aber in dem von denen unſern kein Gefehrde gebraucht werden/ auch das Kloſter zu einiger Ubermaas und Unziemlichkeit nicht verpflichtet ſein ꝛc.

§. XII.

Abuſus quoque eſſe videtur, ſi Dominus B. F. venationem ferarum noxiarum inhibere velit, cum tamen publicè interſit Regiones iis purgari *L. un. C. d. venat. ferar.* ex qua lege veram facti ſpeciem formavit *Bilderbeck. in Ded.* vom *Reg.* der Jagden *pag. 27. & ſeq. Add cap. un. §. 511. feud. 27. Mejer de. venat. cap. 8. Ideoque in Codice Alam. edit. Meichſn. cap. 53. ſtatuitur:* daß an Wölffen oder Bähren niemand keinen Frieden oder Bann breche. *Conf. Gylm. rer. jud. lib. 2. deciſ. 20. n. 2.* Hodie verò in Germania hoc non obſervari teſtis eſt *Sixtinus de Regal. L. 2. C. 18. n. 78.* neque impune hanc venationem exerceri poſſe conſtat, ne quis ſub hoc prætextu alias feras venari præſumat; Venatores enim à Domino B. F. conſtituti huic venationi incumbere debent, quibus etiam certum præmium, ſi feram talem homini infeſtam occiderint, dari ſolet. Hoc tamen non obſtante, beſtiam incurſantem & vitæ periculum intentantem hodienum impune occidi nemo facile inficias ibit; cum jus venandi & occidendi quam maxime differant (*§ 4. c. 1.*) quemadmodum etiam hæc jura expreſſè à ſe invicem diſtinxit Imperat. *Honorius L. 1. Cod. Theod. de venat. ferar. Ziegler. de juri-*

*juribus Maj. L. 2. cap. 14. §. 28. Add. Bejer. in ſpec. Jur. Germ. L. 2. C. 2. §. 22. ſeqq.* ubi ſimul de extinctione paſſerum & luporum perſecutione agit. Imo ſunt, qui jus iſtud occidendi extendunt ad feras ſegetibus, & pratis, & meſſibus, & vineis nocentes *Klock. vol. 1. Conſ. 30. Berger. de venat. §. 19.*

## §. XIII.

Ad abuſum tollendum, vel damnum avertendum, modus capiendi feras in foveis, vel in totum eſſet prohibendus, vel ita reſtringendus, ut foveæ fiant in locis ſecretis aut deſertis, per quæ nulla via eſt, nec pecudum ad ea poſſit eſſe acceſſus, & vicini, quo ab iis ſibi cavere queant, certis ſignis admoneantur; Quod niſi factum fuerit, & alicujus animal per hanc occaſionem deterius reddatur, vel etiam pereat, venator, vel is, qui in culpa eſt, ad omne inde ortum damnum tenetur reſtituendum per *l. 28. ad L. Aquil. Struv. Ex. 14. θ. 25. à Sode de Venat. Cap. 5. §. 19. Sachs. de Ven. Rom. Germ. n. 55.*

## §. XIIII.

Similiter ad abuſum tollendum & damnum avertendum modus tranſeundi pagos Dominis eorumque Miniſtris B Ferinum in alieno exercentibus præſcribendus eſt, prouti factum in *ſupra alleg. Tranſactione.* zwiſchen *Chur.* Braunſchweig und Heſſen *de an. 1726. his verbis:* Wie ingleichen daß der Durchritt und ohnſchädl. Tranſitus derer vornehmen Jagd-Bedienten mit ihren Reitknechten durch das Dorff Wohnhauſen/ ohne train von Jagdleuthen/ und ohne exceſſ mit ſchieſſen und bla-

blaſen im Dorffe / auch ohne überſteig- oder aufbrechung der Zäune / noch auf andere nachtheilige Arth / gebrauchet werde.

## §. XV.

Abuſus porrò ſæpius ſeſe exerit in pœnis Venatoriis infligendis; Sunt verò illæ poenæ vel jocoſæ & ludicræ, vel ſeriæ. Ad illas pertinet percuſſio ſive applicatio cultri venatorii, das Waydmeßer geben; quem morem à Romanis ad Germanos dimanaſſe creditur. *Beſold. Theſ. pract. voc.* Weydmeßer ſchlagen. *Krebs. de L. & L. p. 1. d. 11. S. 7.* §. 3. *pag. 423. à Sode de ven. Cap. 5. §. 24. Eyben de venat.* §. 51. *Spina diſp. de J. ven. θ. 20.* De poena apud Burgundos recepta in lædentes canem venaticum ſtatuta *vid. Bedecker. diſp. de venat. Cap. 3. n. 11. cit. à Mejero de venat. p 83.* Si quis enim has poenas ſecundum veram poenarum indolem examinabit, abuſum facile inveniet. Serias poenas quod attinet, contra feripetas regulariter mortis poenam ſtatuere pro maximo abuſu habetur in Sächſiſ. Landr. *L. 2. art. 61*, Schwabenſp. *L. 1. Tit. 36.* §. 2. Et cum in genere omnes iſtæ pœnæ rejiciendæ ſint, quæ immanitatem & barbariem ſapiunt, inſpecie vero iis non applicandæ, per quorum delictum non adeo læſa eſt Salus & Securitas publica: ſequitur; iſtum ſupplicii modum, quo feripeta ferreis ligamentis cervo illigatus in ſylvas mittitur, wann man einen Menſchen lebendig auf den Hirſch ſchmiedet / meritò tanquam nimis crudelem, nimis durum, nimis inhumanum damnandum eſſe. *Sode de Venat. cap. 5. §. 26. Wiederhold. diſſ.* von Märckergedingen §. 20. *in fin.* De quo notabile exemplum adducitur ex *Hoffmanno à Mejero de ven. pag. 344.* ſcil. de cervo in Wetteraviâ

*raviâ An. 1666.* menſe Majo in agro ſato frugifero viſo, cujus dorſo ferreis vinculis alligatus erat feripeta cruentus, veſtibus laceratis, dirupto corpore, mit zerfleiſchtem Leib/ continuè ingeminans aliorumque miſericordiam provocans: Ach nehmet mir doch mein Leben / daß ich der unerträgl. Straf/ die ich nun in den dritten Tag ausgeſtanden / abkommen möge. De aliis pœnis tam crudelibus & inhumanis, quam licitis, pro ratione circumſtantiarum furibus ferarum infligendis *vid: modo alleg. Mejer de ven. cap. 14. θ. 4. Conf. Anton. Seidenſticker de furibus ferar. Berger. de ven. §. ult. Eyben de ven. §. 52. ſeq. Beyer in ſpec. Jur. Germ. L. 2. cap. 2. §. 14. ſeq. Sachs. de ven. n. 65. ſeq. Spina de ven. θ. 17. 18. & 19. Hert. de ſuper. territ. §: 49.*

## §. XVI.

Tandem etiam uſus & abuſus B. F. in alieno quæſiti cernitur in perſecutione ferarum, vel Sequelâ venatoria in der Jagdfolge/ de qua diſponitur in *LL. Longobard. L. 1. tit. 22. §. 6. Cod. Jur. Alam. edit. Meichs. cap. 350. n. 5. ſeq. & in Jure Sax. L. 2. art. 61. Hert. de ſuper. territ. §. 49. in fin. Add. Gloſſ. Weichbild. art. 121. n. 12.* Coeterum quouſque feram, quam jam in ſuo B. F. perſequi ceperat, Princeps in alterius territorio proſequi liceat? *Cum B. Sam. Strycke diſſ. de via facti Princ. Imp. permiſſ. cap. 1. §. 37.* hac diſtinctione expediendum videtur: An eam jam in ſuo vulneraverit, nec ne? Hoc caſu illud non licet, eique ingredienti alterius territorium, in quo B. Ferino non gaudet, armatâ manu reſiſti poteſt. Bene verò illo caſu, modo fiat absque inflatu corniculi venatorii & incitatione canum. Diligenter tamen hac in re, quid ubique locorum conſuetudinario jure receptum

ſit, attendendum erit. *Confer. Mejer de venat. Cap. 11. θ. 1. & 2. Eyben de ven. §. 45. 46. & 47 Krebs de L. & L. p. m. 171. n. 2. & 3. pag. 421. & ſeq. Bejer in ſpec. Jur. Germ. L. 2. c. 2. §. 74. & ſeq. Berger. diſſ. de ven. §. 25. Ahaſv. Fritſch. de ſequela venatoria. Titius in J. priv. Rom. Germ L. 8. cap. 14. §. 9.* Vel ſi pactum de reciproca perſecutione initum fuerit, illud omnino ſervandum erit. Exemplum habemus in contractu inter Mechhildem olim Comitiſſam Saynenſem ex unâ & fratres de Spanheim ex altera parte, ubi ita cautum legitur: Item conſentimus, quod ſi Comitiſſa inceperit agitare, quod vulgariter dicitur Sprengen/ aliquam feram in terra ſua vel Sylvis ſuis, quæ vulgo Wiltban dicuntur, & illa in terra noſtra vel Sylvis noſtris Wiltban vocatis capta fuerit, ſua erit. Similiter ſi fera fuerit agitata in terra noſtra vel Wiltban, & in terra Comitiſſæ vel Sylvis ſuis Wiltpan dictis capta fuerit, noſtra erit. Hæc ſimiliter obſervabuntur, ſi homines Comitiſſæ de mandato ſuo agitaverint, vel noſtri homines de mandato noſtro agitaverint. vid. Docum. integr. in dem kurtzen gründl. Bericht der Streytigkeiten zwiſchen Sayn und Chur-Trier gedruckt *an. 1632. ſub lit. B pag. 67. ſeq.* Juri etiam, rationi & æquitati maximè conſentaneum eſſe videtur, ut hac in parte reciprocatio inter ſtatus Imperii, licet dignitate impares, obſervetur. vid. Reichshoffr. Concluſ. *tom. 5. pag. 591. & ſeqq.*

§. XVII.

Ordo quidem me nunc eo duceret, ut ſingulari capite quædam etiam proferrem *de Effectu B. F. in alieno competentis, ſive de Remediis vel acquirendi vel conſervandi illud Bannum*, iisque vel poſſeſſoriis vel petitoriis; Aſt cum hac de materiâ jam ſupra §. *5. h. cap.* aliquid dictum ſit, & ex

profeſſo eam jamjam tractaverint Authores, qui de jure venandi & foreſtali Diſputationes & Tractatus ediderunt, inter quos ſaltem nominare licebit Berger. de *Jure ven.* §. 26. & *ſeq. Meurer.* von Förſtl. Gerechtigkeit *part. I. tit.* wie/und durch was klagen / um Förſtl. Gerechtigkeit zu klagen *cum tit. ſeq. à Sode de ven.* §. 41. & *ſeq. ab Eyben. de ven.* §. 48. & 49. jure meritoque hic ſubſiſto & benevol. Lectorem ad hos Authores remitto. Simile etiam facio ratione *modi probandi B. Ferinum*, de quo *vid. à Sode de ven.* §. 43. *ab Eyben. de ven.* §. 50. &c: De *Contrariis hujus Banni F.* jam ſupra *Cap.* 3. §. 4. actum eſt, quibus forſan addi poſſet *libera omnibus venandi poteſtas conceſſa*, die Freye Bürſt/ *de quâ vid. Jacob. Ottonis* freye Bürſch-Beſchreibung *edit. Auguſt. Vind. An.* 1680. *in* 4. Aliique Authores, qui hac de materia ſcripſere. Ad *Affinia* inter alia, ab aliis jam tractata, pertinet *Reaforeſtatio*, vi cujus Foreſta vaſtata & in novalia converſa rurſum ad Foreſtam redigitur. *vid. Du Freſne Dn. du Cange. in Gloſſ. voc. reaforeſtare ibique alleg. Diplomata.* Miſſis itaque brevitatis ſtudio his omnibus, propero tandem ad diſputationis meæ

## CAP. ULTIMUM.

### In quo varia Feribanna in alienis territoriis acquiſita recenſentur.

§. I.

NE vero de re minus frequenti, & omni uſu deſtituta ſcripſiſſe videar, lubet hòc capite quædam exempla adferre, confirmantia, talia Banna Ferina, juxta definitionem à

me datam, in Germania dari & exiſtere. Aſt in ampliſſimum campum me diffunderem, imo inutile plane & ſuperfluum foret, ſi omnia & ſingula hic recenſere vellem. Quapropter pauca, eademque nobiliora, huic Diſſertationi inſeruiſſe mihi ſufficiet. In ordinem vero alphabeticum hæc exempla ideo digeſſi, quia mihi convenientior aliis hac in materia videbatur. Monendum pariter cenſeo: *Primo*; pluritima exempla depromta & collecta eſſe ex libris & deductionibus; hinc eorum veritatem citatis Authoribus defendendam relinquo. *Secundo*; ut maneant intacta atque inconcuſſa cujuscunque Status jura privilegiaque me velle, neque animum habere, ea ullo modo violandi; cum hic indicem, non judicem, quæ temeritas à me omnino abſit, agam; Accedit, quod privati non ſit cauſas Principum decidere. Si vero aliquid, hoc non obſtante, præter omnem ſpem & opinionem tendere in præjudicium Status cujusdam videatur: hoc ſcriptum non eſſe volo, & pro non ſcripto habendum declaro. *Tertio*; Status minus potentes à potentioribus ab antiquis temporibus in exercitio Feribannorum legitimo modo acquiſitorum inſigniter turbatos fuiſſe. Hinc etiam in ſpecie S. R. I. Comites inter alia ſequens gravamen in Comitiis Anno 1609. ut & in celebri Conventu Pacis propoſuerunt: „ In den Wildbahnen auff der *Potentiorum* „ *territoriis*, unerachtet Sie Reichs-lehnbar ſind/ „ wird der Grafen-Stand zum höchſten *turbi*ret „ und vernachtheiliget/ ja gar mit Gewalt daraus „ getrieben/indem die *Potentiores* als Grund-Herrn „ die Herren Grafen entweder daraus ſtoſſen/oder „ zum wenigſten eine Koppel-Jagd *prætendi*ren. vid. *Fritſch. in elect. jur. publ. Germ. cap. 3.* *Quarto*; Benevolum

volum Lectorem remittendum eſſe ad exempla, quæ ſupra jamjam *§.4.cap.2. ex Hiſtoria Germaniæ antiquæ* adduxi.

§. II.

Hiſce itaque præmiſſis ad cœtera exempla recenſenda me accingo.

Epiſcopo Bambergenſi cum Herbipolenſi controverſia intercedit concernens Feribannum im Kitzinger Forſt/ quod Hic, excluſo Illo, exercere intendit; de qua re infra apud Würtzburg plura dicenda erunt. Bamberg.

Anno 1427. Fridericus Elector Brandenburgicus, Burggravius Norimbergenſis, civitati ejusdem nominis vendidit Seine Burgk ob der Stadt Nürnberg ꝛc. ꝛc. ſibi vero inter alia expreſsè reſervavit die Wildpahn. Idem vendidit Eidem & eodem die alle der Burggrafen Rechte an und auf dem Walde bey Nürnberg auf dem Lande und der Seythe S. Sebalds Pfarr gelegen ꝛc. Item alle der Burggrafen Rechte an und auf dem Nürnberger Wald uff der Seythe S. Lorentz Pfarr gelegen ꝛc. Inter alia vero ab hac venditione ſimiliter excepit der Burggrafen Wildpan. *vid. Compend. Repræſentatio juſtitiæ* mit beygefügten Nürnbergiſchen Anmerckungen / die ſtrittige Zollſach mit Brandenburg Onoltzbach betreffend impreſſa Anno 1708. ibique adjuncta ſub ſign. D. D. L. & H. *Limn. Tom. 4. ad Lib. 5. cap. 7. n. 12. Diſp. inaug. de judic. Cæſ. Foreſt. Norico*, habita Altorf. Anno 1711. *cap. 3. §. 6. Klock. Tom. I. Conſ. 30. n. 29.* Elector etiam Brandenburgicus paucis abhinc annis exercet Bannum F. & jus foreſtale in Comitatu Limburgenſi. vid. *infra Limburg*. Sereniſſimæ Domui Brandenburgico-Onoldinæ competere Feribannum in terri- Brandenb.

torio Civitatis Hallenſis in Suevia, patet ex *Tom. 6.* der Reichs-Hof-Raths Concluſorum *pag. 404.*

Catzenelnbogen. Chartam ineditam de Anno 1276. quâ Rudolphus Comiti Cattimelibocenſi villam in Tribure cedit, cum capturis Falconum, & Foreſtum Schlicter, allegat *Hert. de ſup. territ. §. 48.*

Eltenſe Monaſterium. In Ottonis 3. Imperat. diplomate Monaſterio Eltenſi dato Anno 996. quinto decimo Kalend. Jan. inter alia ſequentia leguntur: „ Adhæc quatuor partes Foreſti Sternewald in Offerwichey, Mulo & Subort: In his quatuor foreſtis cervum & cervam nullam habeant venandi licentiam niſi verbo etiam ſenſu Abbatiſſæ. Et ſi Cervus vel Cerva de his effugiat foreſtis, eos in alias Silvas ſequi ſit licentia Abbatiſſæ nuntiis. In foreſto, in quo Eltena eſt conſtructa, ſingulis annis inter Cervos & Cervas duodecim fere tribuantur Abbatiſſæ. In ſubſequenti confirmatione privilegiorum Monaſterii Eltenſis, facta à Lothario 2. Rege Anno 1134. quarto Idus April., hæc ita exprimuntur: Ad hæc pertinent quatuor foreſte, Steurewald, Meſſel, Wechamerlas. In his quatuor foreſtis Cervum vel Cervam nullus habeat venandi licentiam, niſi verbo & Abbatiſſæ conſenſu. Et ſi Cervus vel Cerva de his effugiat foreſtis, eos in alios ſequi ſit licentia Abbatiſſæ nuntiis. Et in foreſto, in quo Eltena eſt conſtructa, quotannis inter cervos & cervas duodecim fere tribuant Abbatiſſæ. Hæc Diplomata inveniuntur in *Cod. dipl. Clivenſ. Juliac. &c.* quem edidit & annalib. Cliv. Jul. Mont. adjunxit *Wernherus Teſchenmacher Anno 1721. pag. 29. 30. & 31.*

Fürſtenberg & Dynaſtia vel Comitatus Fürſtenberg & Heyligenberg ex inveſtituris cæſareis ſibi adſerit Feribannum in territoriis

Abba-

Abbatis in Saalmanſweyler, & trium Civitatum, Coſtnitz Uberlingen, & Phüllendorff, teſte *Klockio tom. 1. Conſ. 30. Conf. Heider in act. Lindav. pag. m. 114.* Heyligenberg.

Domini de Gerolſeck jure feudi Imperialis acceperunt feribannum in omnibus Sylvis & lignis, contentis intra tria flumina Rheno, Bleich, & Kintzig, præſertim in bannis pagorum Friſſenheim, Obervveyler, Schoppen, & Zunsvveyer. *Klock. Tom. I. Cons. 50.* Gerolſeck.

Illuſtriſſima Domus Hanoico-Münzenbergica nomine Imperii tribus regalibus feribannis & uno ejuſdem generis ab Electore & Archi-Epiſcopo Moguntinenſi inveſtitur. *Primum* feribannum Imperiale nominatur der Drey-Eicher oder zum Hayn der Drey Eich gehörige Wildbann/ quod ex ſucceſſione Münzenbergica ad Illuſtriſſimos Comites Hanoicos pervenit, & etiamnum inter Illuſt. Domos Hanoico-Münzenbergicam & Iſenburgicam commune eſt. Hoc feribannum nomen accepit von der Drey-Eich/ quæ ſylva S. R. I. foreſtum fuit. *vid. Deduct. ſummariiſſ. & demonſtr. ocularis impreſſa an. 1615. in cauſa Iſenburg contra* Heſſen *in fol. pag. 4. ibique alleg. Documenta.* De hoc vero feribanno nulla alia antiquiora documenta ſuperſunt, quam Hanau.

(a) Renunciatio, quam an. 1288. Comiti Hanoico nupta Münzenbergica filia Adelheid fecit, & quæ inſerta eſt olim impreſſæ *Deduct. Stollberg. Sub N. 9.*, ex quâ ſimul patet, Domum Hanoicam jure uxorio ſibi competentem partem hereditatis in Münzenberg, Aſſenheim, und in dem Hayn (qui idem eſt cum ſic dicto DreyEicher Hayn/ und hiezu der Drey Eicher Wildbann gehörig) cum omnibus pertinentiis ſibi expreſſis verbis reſervaſſe. *vid.* die Hanauiſche Landes Beſchreibung *pag. 8.*

(b) Transactio inita inter Ulricum de Hanau & Dn. de Falcken-

ckenſtein de an. 1304. die Lunæ ante diem Georgii, annexa modo memoratæ Landes Beſchreibung *ſub. N. 151.*

(*c*) Literæ demonſtratoriæ hujus feribanni (der ſo genante Drey Eicher Wildbanns Weißthum) quæ integræ legi merentur in cit. Landes Beſchreibung int. Adj. ſub N. 5. & apud Lünig im Reichs *Archiv. Spic. Sec. P. 2. pag. 1617.* in quibus ſimul hujus feribanni limites deſcribuntur; cum enim de finibus hujus banni ferini ut & ejus juribus ac privilegiis certò non conſtaret, Imp. Ludovicus An. 1338. deſuper examinavit Colonos, qui eidem Banno erant addicti, ac in eâ regione certis quibusdam juribus utebantur (die Hübner des Dreyeicher Wildbanns) / quorum teſtimonia conſcribi curavit ac confirmavit, eamque confirmationem poſtea An. 1541. repetiit Imper. Carol. V. In his deſcriptionibus multa notabilia inveniuntur *vid. Krebs de L. & L. pag. 33. 210. 223. in fin pag. 224. 244. 245. 265. & ſeqq. Add. alleg. Lünig. in Spic. Sec. part. 2. p. 1621. 1624. & ſeq.*

(*d*) *Inveſtitura à Sigiſmundo Rege die S. Luciæ 1414.* Domui Hanoicæ conceſſa his verbis: mit Nahmen den Wildpant in der drie Eich ſinen und ſiner Herrſchafft deil und recht / als Verre als er geet / mit denen rechten darzu gehorinde *vid. N. 1.* bey der Hanauiſchen Landes Beſchreibung; ubi ſimul ex Nris ſeqq. liquet, omnes ſubſequentes Inveſtituræ literas in ſubſtantialibus, hoc feribannum concernentibus, cum hac convenire.

*Secundum* Feribannum Hanoicum ita in literis clientelaribus deſcribitur: Den Wildbant von Gelnhuſin zuſchen der Franckfurther Straaſſe und der Kynzige biß in die Brubach. Admodum probabile quoque eſt, hoc feribannum patriter ex ſucceſſione Münzenbergica Comi-

Comites Hanoicos ſibi adſeruiſſe *vid. cit.* Lands-Beſchreib. *pag. 14.* Nihilominus ratione limitum hujus feribanni ipſis mota fuit controverſia à Comitibus Iſenburgicis. De qua tamen, mediante Emmerico de Carben, tunc temporis Burggravio Friedbergenſi, an. 1500 die Iovis poſt Dominicam *Eſto mihi* transactum fuit. Et licet in hac tranſactione Comitibus Hanoicis clariſſime & expreſſis verbis venatio ſolitaria in denen Langendiebach: und Rückinger Wäldern reſervata fuerit, nihilominus à poſſeſſoribus pagi Rückingen in poſſeſſione vel quaſi hujus Feribanni turbati fuere. Aſt enim vero, hoc non impediente, Aug. Cam. Imp. turbantes in poſſeſſorio ordinario per ſententiam de 17. Julii 1725. ita tuita eſt: Daß ſie im Rückinger Burgk-Frieden das Jagen privative in der langen Diebach: und Rückinger gemeyne Marck aber das Mitjagen und Pürſchen auff groß und klein Waydwerck / haben ſollen; Contra hoc vero decretum Domus Hanoica remedium reviſionis interpoſuit, & hucuſque proſecuta eſt.

*Tertium* Ferihannum ita nominatur in literis Inveſtituræ: den Wildpant genannt die Hanauwe; oder den Wald genannt die Hanau und den Wildpan darin.

*Quarti* Feribanni Regalis, quod Ill. Comites Han. partim in proprio, partim in communi, partim vero in alieno exercent, jam an. 1390. ab Archiepiſcopo Moguntino Comiti Hanoico renovata eſt inveſtitura hiſce verbis: den Wiltban zu Hanauwe der geet an / als die Kintzige in den Mayn geet und die Kintzige uff bietz an die Hoeſter Brücken obewendig Geilnhuſen / und die Straſſe herabe durch Haſela und hinter dem Ruhen-Berg hien durch Albeſtatt / bietz an die Brucke zu Michelnbach / und die Kalde inne biß in den Mein / und

und den Mayn inne bietz wieder in die Kintzige und den Kühlberg zu Aſchaffenburg *vid. adj. ſub. lit. y.* bey der Hanauiſchen Landes Beſchreib. Cum qua infeudatione concordant ſubſequentes *vid. Adj. ibidem ſub N. 123.* Et hocce feribannum Ill. Domus Han. hucusque ſecundum tenorem conceſſionis quietè exercere haud potuit, ſed partim ab ipſo Eminentiſſimo feudi Domino directo, partim ab Iſenburgica Domo, partim à Collegio Eccleſiæ Cathedralis Mogunt. ad St. Petrum, ratione Klotzenburg/ partim vero à Poſſeſſoribus pagi Rückingen variis modis impedita fuit. Cum prioribus variæ tranſactiones initæ; contra Iſtud vero Ill. Domus mediis jure permiſſis ſibi poſſeſſionem vel quaſi hujus juris conſervavit.

Hohenloe. Ludovicus Imp. Comiti Ludovico de Hohenloe an. 1334. in feudum dedit feribannum von den Burgbergung an Horneck und was er zwiſchen Statt und Zwerhmarr alles und von Kitzinger Forſt biß an die Verren Weißach und hinwieder gen Horneck und Steigenwald *vid. in Ded. Boruſs.* contra *Limburg adj. ſub lit. O.* Idem feribannum poſtea Comiti Gerlachio de Hohenloe à Carolo IV. an. 1358. conceſſum eſt *vid. Ibid. adj. ſub lit. P.*

Hohenzollern: Hechingen. Sereniſſima Domus Hohenzollerano - Hechingica gaudet Feribanno in Neuffra; de quo jam ſupra *in alleg. concluſo Auguſt. Jud. Imp. Aul. d. 6. April.* 1717. actum.

Homburg. Notabile exemplum Feribanni in Communi Marchia, ſicque in territorio pro parte alieno, deprehenditur in der ſo genanten hohen oder Homburger Marck/ competens Principi Domus Homburgicæ ad montes, quâ Obriſten Herrn und Waldbotten. Inſtrumentum hujus Feribanni d. 14. Julii 1484. legi meretur *apud Dn. Wiederhold diſſ.* von Märckergedingen *pag. 33. ſeq.*

I ll. Iſenburgici Comites duobus Feribannis ceu Feudis Imperii gaudent. *Primum* invenitur in dem Büdinger Wald: Weyßthum *apud Lünig. in ſpic. ſec.* des Reichs *Archivs pag. 1603.* incipiens: Wihr Sigiſmund &c., ubi ſimul ex literis clientelaribus, à Cæſare datis, conſpici poteſt modus, quo hoc feribannum acquiſitum eſt. Ejus limites ita deſcribuntur: Da die Grimda in die Kintzge get ane unde mitten die Kintzge uff biß ane die Saltza/ da die Saltza in die Kintzge get/ und die Saltza uff biß gen Korpſaltza/ und von Korpſaltza biß in den Nydorn/ do der Nydorn ſpringt/ unde den Nydorn abe biß gein Aldenſtatt uff die Brocken/ und von Altenſtatt weither da die Grinda in die Kintzge get. *Secundum* vero eſt obgemeldter Drey-Eicher Wildbann. Documenta pro Ill. Domo Iſenburgica militantia legi poterunt in der gedruckten Hiſtorie von der Graffſchafft Falckenſtein *adj. Lit. A. in deduct. Iſenb. Ctra* Heſſen *p. 28. ibique adj ſub. lit. A. & pag. 23. 24. ſeq.* Iſenburg.

Supra jamjam mentio facta de feribanno quod Conradus Rex Walthero Pincernæ de Limpurg an. 1241. in feudum dedit. Literæ hujus inveſtituræ inveniuntur apud D. *de Ludewig ad A. B. p. m. 152. & in Ded. Boruſſ. Ctra Limpurg in adj. ſub Lit, I, n. 1. 2. 3. & 5.* Quod Feribannum ſeſe extendit etiam in terras ſylvasque alienas, ipſo fatente Authore *Deductionis Limb. oppoſitæ Regiæ Boruſſicæ pag. 144.* Extincta vero Limburgica maſcula ſtirpe, ab. Aug. Jud. Aulico hoc Feribannum Regiæ Majeſtati Boruſſicæ ob expectativam, quam accepit, adjudicatum fuit. *vid. Protoc. de 29. Novembr. 1710.*, ſalva tamen heredibus allodialibus proprietate *vid. Ded. Boruſſ. adj. lit. CC. &* Hanau. Landes Beſchreib. *adj. N. 120.* De prohibita vero heredibus allo- Limpurg.

dialibus Sylvarum (intra quas hoc Feribannum exercetur) â Summo iſto Tribunali devaſtatione *vid. Tom. 5.* der Reichs-hoffraths *Concluſ. pag. 611. ſeq.*

Löwen-ſtein-Wert-heim. Feribannum, quod exercent Comites de Löwenſtein auff dem Holtzkircher Grund und Bodem / inter feuda Imperialia refertur, & an. 1561. ab Abbate Fuldenſi ad dictos Comites titulo emtionis pervenit. Anno ſubſequente 1562. ratione venatorii cibatus aliorumque jurium in dicto Coenobio exerceri ſolitorum cum Abbate Fuldenſi tranſactum fuit, *vid. Summ.* Inhalt und kurtze *Delineatio* der gantzen Löwenſtein. Rettungs-Schrifft *n. 9. & 10. vid.* quoque Wertheim. Gegen-Bericht *pag. 338. ejuſque adj. ſub N. 146.*

Lorſch Coeno-bium prope Heidel-bergam. Henricus II. Rex, Bopponi Abbati Coenobii Laureshamenſis an. 1012. IV. Idus Maji donavit foreſtem cum banno in ſylva Otenewald vel Ottonica, cujus conceſſionis Inſtrumentum & termini Banni ferini videri poſſunt in *Tolneri Cod. dipl. palat. pag. 21. & in Helwichii antiquit. Laureſh. cap. 21.* quas *an. 1727.* edidit *Joannis tom. nov. ſcript. Hiſtor. Mogunt.*

Naſſau. De controverſia, quæ ratione banni ferini inter Naſſau Hadamar & Naſſau Weylburg ventilata fuit, *vid.* das gedruckte *Memoriale* welches die Naſſau Saarbrückiſche Regierung zu Weylburg bey der letztern *viſitation* des Cammer-Gerichts zu Wetzlarr in *an. 1711.* übergeben hat.

Oeſter-reich. Archi-Dux Auſtriæ an. 1490. cum Duce Würtembergiæ intuitu feribannorum, quibus ambo in alienis gaudebant, tranſegit, uti infra apud *Würtemberg.* dicendum erit.

Pfaltz Archi Palatinus ſibi aſſerit feribannum regale in ditione Civitatis Landavii, in ſpecie vero jus piſcandi in flumi-

ne Queich, uti videre licet *ex tom. I. conſil. 29. & 50. n. 282. Klockii.* Jus quoque venandi & foreſtarum in certo diſtrictu Præpoſituræ Laurishamenſis jure proprio ſibi competiiſſe adfirmat. *vid. Ded. jur. Elect. palat. in dictam præpoſit. &c. pag. 5.*

Domini Rupiſpoletani inveſtiti ſunt à Friderico Imp. an. 1481. ult. 8bris mit Lehen und Herrlichkeiten Streyt: Jags über Land zu jagen von dem Hauenſtein biß in Hagenauer Forſt und zwiſchen dem Reine und der Firſt. Literas hujus inveſtituræ *vid. inter Diplomata & documenta edita à Schiltero in Tomo Script. Rer. Germ. pag. 35.* Rappolſtein.

Elector Saxoniæ in Tranſactione, quam intuitu Erfordiæ cum Archiepiſcopo Moguntinenſi iniit, inter alia expreſſis verbis ſibi reſervavit Feribannum in quibuſdam ſylvis ad dictam civitatem pertinentibus *vid. Receſſ. Exec.* zwiſchen Chur-M. und denen Hertzogē zu Sachſen vom $\frac{16}{26}$. *May 1667.* zu Erfurt aufgerichtet *§. 8. apud Franciſc. Iren. in not. ad* Burgold. *J. P. Diſcurs. 21. pag. 212. add. Glaſeys* Kern der Sächſiſchen Geſchichten *L. 2. cap. 5. p. 820. An. 1715.* Cæſarea Majeſtas Legatis Saxonicis Comiti de Wackerbart & Lud. Ad. Zech, humillimè petentibus confirmationem banni ferini, ſequenti concluſo gratioſiſſimè gratificata eſt: daß in priori formâ die gebettene Confirmation geſchehen ſolte *vid. Tom. 5.* der Reichshoff R. Concluſ. p. 435. Sachſen.

Comites Saynenſes etiam quondam partem ſuam habuerunt an dem Drey-Eicher Wildbann. Sayn.

Sereniſſimus Dux Würtembergiæ & Tecciæ in quibuſdam vicinorum Statuum I. territoriis jus venandi & jurisdictionem foreſtalem poſſidet *Myler ab Ehrenb. de Princ. & ſtat. I, part. 2, C. 73, n, 13.*, in ſpecie hoc jus B. Ferini regalis exercet in Würtemberg

Ter-

Territoriis vicinarum Civitatum Imp. *Eſlingæ* & *Reutlingæ*, cujus vigore capit ferarum indagatores, ac poſtea punit *Beſold. Theſ. pract. voc.* Forſt. *vers. coeterum cui &c. Majer de jur. ven. cap. 3. th. 6. pag. 32.* vid. tamen *Knipſchild. de Civ. I. L. 2. cap. 7. n. 45.* ubi traditur Sr. Ducem Würtembergicum in ſylvis Eslingenſium jus venandi tantum habere, non etiam jus foreſti, nihilominus vero ex ſpeciali pacto de an. 1557. contra prohibitionem venantes punire, licet Magiſtratus Eslingenſis eosdem etiam, ad ſuam Iurisdictionem tuendam, conſimili poena adficiat. Per pignorationes quoque & arreſta ſibi conſervare intendit B. ferina auf Oeſterreichiſchen, Neuhaußiſchen und Neueneckiſchen Grund und Boden; uti liquet auß der Ritterſchafft *Memorial ad Cæſarem* wegen der freyen Bürſt *Ctra.* Würtenberg und Baaden *de an. 1602. ap. Burgmeiſter. Cod. Diplom. Tom. 2. pag. 1012. & ſeq.* Quomodo Archi Dux Auſtriæ & D. Würtenbergiæ feribanna ſua in alienis an. 1490. ſeparaverint & de iis tranſegerint, una cum Receſſu Commiſſionis Cæſareæ hac de re an. 1543. confecto, pariter quid liberæ venationis ſocii ſibi reſervaverint & poſtea remonſtraverint, videri poteſt *Ibid. pag. 476. & ſeq. usque ad pag. 488. incluſ.*

Würtzburg. Epiſcopus Herbipolenſis ſeptem gaudet feribannis, quæ ab Imperatoribus in feudum accepit, & quæ deſcribuntur in *Chronic. Herb.* cujus Authot eſt *Laurent. Frieſe*, & quod de novo edidit *Dn. de Ludewig an. 1713.* De *primo* mentio facta *pag. 447. cit. Ed. Lud.*; de *ſecundo pag. 457.* de *Tertio pag. 463. add. Sprengerus in Inſt. I. publ. l. 3. cap. 10. Sam. Stryke diſſ. de jure Princip. extra Territ. cap. I. n. 103. Meichſn. deciſ. Cam. 7. Tom. 4.* de *Quarto pag. 464. & ſeq. ejuſdem Edit.*; de *Quinto pag. 465.*; de *Sexto pag. 474*; tandem de *Septimo pag. 524.* Coeterum, cum, extincta Limburgica maſcula ſtirpe, feuda zu Speckfeld ad Epiſcopos Bambergenſem & Herbipolenſem tanquam Dominos directos reverſa fuerint; Hic quidem ſolitariam poſſeſſionem vel quaſi banni ferini im Kitzinger Forſt ſibi adſeruit. Aſt non acquievit Bambergenſis, ſed querelas ſuas Judicio Aulico proponens 1716. viam juris amplexus eſt. Hæc ſunt, quæ de banno ferino in alieno territorio acquiſito proferre apud me conſtitui. TANTUM.

*THESES.* I. Reſiduum in actione vendita per oppoſitam Emtori exceptionem L. Anaſtaſianæ conſequitur Debitor.

II. Tutor ob culpam levem condemnatus ſimpliciter tenetur ad damnum reſtituendum: Ob culpam latam removendus ſalva tamen fama; ob dolum vero cum infamia.

III. Competit Principi Evangelico jus aggratiandi in homicidio doloſo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167703-p0067-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167703-p0068-3

Marburg, Diss., 1725-30

7

ULB Halle 3
004 165 535

Sb.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167703-p0069-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167703-p0070-4

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

# EO, QUOD IN GERMANIA JUSTUM EST, CIRCA BANNUM FERINUM IN ALIENO TERRITORIO ACQUISITUM,

QUAM

SUB AUSPICIIS

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI

## DN. FRIDERICI,

HASSIÆ LANDGRAVII, &c. &c.

EX DECRETO

NOBILISSIMI ET AMPLISSIMIMI JCTORUM ORDINIS

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS RITE OBTINENDIS

PUBLICO ET SOLENNI ACADEMIÆ PROCERUM EXAMINI

AD DIEM XX. APRILIS MDCCXXX.

SUBMITTIT

JOANNES HENRICUS WOLFART,
HANOVIENSIS.

---

MARBURGI CATTORUM,
Typis PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYP.

KŒN. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167703-p0071-9